



RESERVADO

1648

B. N. L.

Handwritten scribbles and a circled symbol.

2000

RESERVADO

13

A
~~5~~
16

H.S.

1973

Res
1648

MICROFILMADO

F.R. 624

[Handwritten signature]

RESERVADO

2. Class

L. FLORIDE
GESTIS ROMANORVM
LIBR. I. III.



CONIMBRICÆ.

Apud Ioannem Barrerium Typographum
Regium.

M. D. LXXVI.

Cum facultate Inquisitorum.

LIBR. III.
GESTIS ROMANORVM
L. FLORIDE



COMITRICA

Apud Iohannem Barerium Typographum
Regium.

M. D. LXXII.

Cum facultate Imperatorum.

L. FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITOMES LIB. I.

PROLOGVS.



PROCVLVS Romanus à rege Romulo, in Cæsarem Augustum septingentos per annos tantum operum pace belloque gessit, ut si quis magnitudinem imperij cum annis cõserat, etatẽ ultra putet. Itã late per orbem terrarũ arma circũtulit, ut qui res eius legũt, nõ vnus populi, sed generis humani facta discant, Nam tot laboribus periculisq; iactatus est. ut ad constituendũ eius imperiũ, contendisse virtus & fortuna videretur. Quare quũ præcipuẽ hoc quoq; sicut cetera, operæ precium sit cognoscere, tamẽ quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumq; diuersitas aciem intentionis abruptit, faciã quod solent qui terrarũ situs pingũt: in breui quasi tabella totam eius imaginẽ amplectar, nonnihil, ut spero in admirationẽ principis populi collaturus, si paruer atque in semet vniuersam magnitudinẽ eius ostendero. Siquis ergo populũ Romanũ quasi hominẽ consideret, totamq; eius etatem percenseat, ut ceperit, utq; adoleuerit, ut quasi ad quendã iuuentũ florẽ peruenerit, ut postea velut cõsenuerit, quatuor gradus processusq; eius inueniet. Prima etas sub regibus fuit prope CCL. per annos, quibus circũ ipsam matrẽ suã cũ finitimis luctatus est. Hęc erit eius infantia. Sequẽs a Collatino q; consulibus, in Appiũ Claudiũ, Quintũq; Fulvium consules, CC. annos habet, quibus Italiã subegit. Hoc fuit tempus virũ armũq; incitatissimũ, ideo quis adolescentiam dixerit.

L. FLORI.

De hinc ad *Cæsarem Augustum* CCL. anni, quibus totus orbem pacavit. Hic iam ipsa iuuetia imperij, & quasi quaedam robusta maturitas. A *Cæsare Augusto* in seculum nostrum sunt non multo minus anni CC. quibus inertia *Cæsari* quasi consenuit atq; decoxit, nisi quod sub *Traiano* principe mouet lacertos, & præter spem omnium senectus imperij quasi reddita iuuentute reuifescit.

De *Romulo* primo Romanorum rege. Cap. I.

PRIMVS ille & urbis & imperij conditor *Romulus*, fuit, à *Marte* genitus, & *Rhea Syluia*. Hoc de se *Vestæ* sacerdos grauida cõfessa est, nec mox fama dubitauit, quia *Amulij* imperio abiectus in profluentem cum *Remo* fratre, non potuit extingui. Siquidem & *Tyberinus* amnem repræssit, & relictis catulis lupa uacitum sequuta. Vbera admodum infantibus, matremq; se gessit. Sic repertos apud arborem *Faustulus* regis pastor tulu in casam, atq; educauit. Alba tunc erat Latio caput, *Iuli* opus: nam *Lauiniû* patris *Aeneæ* contempserat. Ab his *Amulius* iam bis septima sobole regnabat, fratre pulso *Numitore*, cuius ex filia *Romulus*. Igitur prima iuuentæ face patrum *Amulium* ab arce deturbat, auum reponit: ipse fluminis amator & motuum, apud quos erat educatus, moenia nouæ urbis agitabat. *Gemini* erant. Vter auspicaretur, & regeret, adhibuere piacula. *Remus* motem auentum, hic *Palatinum* occupauit. Prior ille VI. vultures, hic postea, sed XII. vidit. Sic victor augurio, urbem excitat: plenus spes, bellatricem fore: ita illi assuetæ sanguini & prædæ aues pollicebantur. Ad turclam nouæ urbis sufficere vallum videbatur: cuius dum irridet angustias *Remus*, idq; increpat saltu, dubium an iussu fratris, occisus est. Prima certe victima fuit, munitionemq; urbis nouæ sanguine suo consecrauit. Imaginem

ginem Urbis magis quam Urbem fecerat. Incolæ deerat. Erat in proximo lucus. hunc Asylum facit & statim mira Vis hominum, Latini Tusciq; pastores, quidam & transmarini Phryges, qui sub Aenea: Arcades, qui sub Euandro duce influxerant. Ita ex Varijs quasi elemētis congregavit corpus vnum, populūq; Romanū ipse fecit. Res erat vnius ætatis, Populus virorū. Itaq; matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabatur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus, Virgines quæ ad spectaculū venerant, prædæ fuere: & hæc statim causa bellorum. Pulsi fugatiq; Vcientes. Ceninensium caprum ac dirutum est oppidum. Spolia insuper opima de rege, Feretrio Ioui manibus suis rex reportavit. Sabinis prædæ portæ per virginem, nec dolo, sed puella precium rei quam gerebam in sinistris, petierat: dubium clypeos, an armillas. Illi ut & fidē soluerent, & vlciscerentur, clypeis obruere. Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso foro pugna, adeo ut Romulus Iouem oraret, ut fœdam suorum fugam sisteret. Hic templum esto, inquit, Stator Iupiter. Tandem senientibus interuenere raptae laceris comis. Sic pax facta cū Tatius, fœdusq; percussum, sequutaq; res mira dictu, ut relictis sedibus suis nouā in Urbem hostes demigrarent, & cum generis suis auitas opes pro dote sociarent. Auctis breui viribus, hunc rex sapiētissimus statu Reip. imposuit, ut iuuentus diuisa per eribus, in equis & in armis ad subita bella excubaret: consiliū Reip. penes senes esset, qui ex autoritate patres, ob ætatē senatus vocabantur. His ita ordinatis, repetere quum concionem haberet ante Urbē apud Capræ paludē, & conspectu ablatu est. Discerptum aliqui à senatu putat ob asperius ingenium: sed oborta tempestas, solisq; defe-

L. FLORI.

Etio, consecrationis specie præbuere: cui mox Iulius Proculus fidem fecit, visum à se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset: mandare præterea ut se pro numine acciperent. Quirinū in cælo vocari placitū diis ita gentium imperio Roma potiretur.

De Numa Pompilio. Cap. II.

SV Ccessit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sabinis agentem, vltro petiuere, ob inlytam viri religionem. Ille sacra & ceremonias, omnemq; cultum deorū immortalū docuit. Ille Pontifices, Augures, Salios, cæterosq; per sacerdotia: annū quoq; in XII. menses, fastos dies, nefastosq; descripsit. Ille Ancilia atque Palladium, secreta quædam imperij pignora, Ianumque geminū, fidem pacis ac belli: in primis focum Vestæ virginibus colendum dedit, ut ad fastidium & æstium sacra custos imperij flamma vigilaret. Hæc omnia quasi monitu deæ Aegeriæ, quo magis barbari acciperent. Eò denique ferocem populū redexit, ut quod vi & iniuria occupauerat imperium, religione atque iustitia gubernaret.

De Tullio Hostilio. Cap. III.

EX Cipit Pompilium Numam Tullus Hostilius, cui in honorem virtutis regnum vltro datum. Hic omnem militarem disciplinam, artēque bellandi condidit. Itaque mirum in modū exercitata iuuentute, prouocare ausus Albanos, grauem & diu principem populū. Sed quum pari robore frequentibus prælijs vtrinque cōminuerentur, misso in compendium bello, Horatij Curiatijque ter geminis hinc atque inde fratribus, vtrinque populifata cōmissa sunt. Anceps & pulchra cōtentio, exituq; ipso mirabilis, Tribus quippe illinc cōtineratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutē dolo, ut dista
heret

heret hostem, simulat fugā, singulosq; prout sequi poterant adortus exsuperat. Sic (rarum aliās decus) vnius manu parta victoria est: quā ille mox parricidio scēdauit. Flentē spolia circa se sponsi quidem, sed hostis sororē viderat: hunc tam immaturū virginis amorem vltus est ferro. Citare leges nefas, sed abstulit virtus parricidā, & facinus intra gloriā fuit. Nec diu in fide māsit Albanus. Nā Fidenati bello missi in auxiliū ex fœdere, medij inter duos expectare fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare se socios ad hostem videt, tollit animos quasi ipse mādasset: spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoste victo ruptorem fœderis Metium Suffetium religatū inter duos currus, pernicious equis distrahit. Albamque ipsam quāuis parētē, emulam tamen, diruit, quū prius omnes opes vrbis, ipsumque populū Romā, trāstulisset, prorsus vt cōsanguinea ciuitas non perūsse, sed in suū corpus redūsse rursus videretur.

De Anco Martio. Cap. IIII.

ANCVS deinde Martius, nepos ex filia Pompilij, pari ingenio. Hic igitur & mœnia muro āplexus est, & inter fluentē vrbis Tyberinū ponte cōmisit, Hostiāque in ipso maris fluminisque cōfinio coloniā posuit: iam tū videlicet præsagiēs animo futurū, vt totius mūdi opes & cōmeatus illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur.

De Tarquinio Prisco. Cap. V.

TARQVINIVS postea Priscus, quāuis trāsmarinæ originis, regnū vltro petēs, accipit, ob industriam atque elegantiam: quippe qui oriundus Corintho, grecum ingenium Italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit, & centum tribus auxit: quāuis Accius Nauius numerum augeri prohiberet, summus augu-

A iij rio:

L. FLORI.

xio: quē rex in experimentū rogavit, fieri ne posset quod ipse mente cōceperat. Ille rem expertus augurio, posse respondit. Atque hoc, inquit, agitabam, an cotē illam secare nonacula possem. Augur, Potes ergo, inquit. Et secuit. Inde Romanis, sacer auguratus. Neq; pace Tarquinius, quā bello promptior. XII. namq; Tuscia populos frequentibus armis subegit. & inde Fasces, Trabeæ, Curules, Annuli, Phaleræ, Paludamēta, Prætexta: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur: Togæ pictæ, tunicaeque palmatæ: omnia deniq; decora & insignia, quibus imperij dignitas eminet.

De Servio Tullio.

Cap. VI.

SERVIVS Tullius deinceps gubernacula Urbis inuadit: nec obscuritas inhibuit, quāuis matre serua creatum. Num. ~~obscuro~~ ^{obscuro} ~~matre~~ ^{matre} ~~serua~~ ^{serua} ~~creatum~~ ^{creatum}. ~~Num. obscuro matre serua creatum.~~ ^{Num. obscuro matre serua creatum.} ~~litter educauerat: & clarū fore, visa circa caput flāma promiserat.~~ ^{litter educauerat: & clarū fore, visa circa caput flāma promiserat.} Ergo inter Tarquinij mortē, admittente regina, substitutus in locū regis quasi ad tempus, regnum dolopartū sic egit industria, vt iure adeptus videretur. Ab hoc Populus Rom. relatus in cēsū, digestus in classes, curijs atque collegijs distributus. Summaq; regis solertia ita est ordinata respublica, vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorūq; discrimina, in tabulas referrentur, ac si maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur.

De Tarquinio Superbo.

Cap. VII

POSTREMVS omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomē Superbo ex moribus datū. Hic regnū auitū, quod à Servio tenebatur, rapere maluit, quā expectare: immisissique in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit, quam acquisierat. Nec abhorrebat moribus,

bus uxor Tullia, quæ ut virum regem saluaret, super
 cruentum patrem vecta carpento cõsternatos equos egit.
 Sed ipse in senatum cõdibus, in omnes superbia (quæ cru-
 delitate grauior est bonis) grassatus, quum seuitiam iam
 domi fatigaasset, eadem in hostes conuersus est: sic valida
 oppida in Latio capta sunt. Ardea, Otriculũ, Gabijs, Sues-
 sa, Pometia. Tum quoq; cruentus in suos. Neque enim fi-
 liũ verberare dubitauit, ut simulãt transsugã apud hos-
 tes, hinc fides esset: cui Gabijs ut voluerat recepto, atque
 pernuntios consulenti quid fieri vellet, eminẽtia forte pa-
 pauerum capita vir gula decussit, cum per hoc interfici-
 endos esse principes intelligi vellet, quæ superbia sic respõ-
 dit. Tamen de manubijs captarum vrbiũ tẽplũ erexit:
 quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris deis (mira
 res dictũ) restitere Iuuenta & Terminus. Placuit vati-
 bus contumacia nimum. Siquidem firma omnia & eter-
 na pollicebãtur. Sed illud horrendũ quod molientibus se-
 lem, in fundamentis humanum repertũ est caput: nec du-
 bitauere cuncti, mōstrum pulcherrimũ, imperij sedẽ, ca-
 putq; terrarum promittere. Tandiu superbiam regis Po-
 pulus Rom. perpeßus est, donec aberat libido: hanc ex
 liberis eius importunitatem tolerare non potuit: quorum
 quũ alter ornatissimæ fœminæ Lucretiæ stuprum intulisset,
 matrona dedecus ferro expiauit: imperium tum Re-
 gibus abrogatum.

Anacephaleosis de septem Regibus. Cap. VIII.

HÆC est prima ætas Pop. Romani, & quasi infantia,
 quam habuit sub regibus septem, quadã fatorũ industria,
 tam varijs ingenio, ut Reip. ratio & utilitas postulabat.
 Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit, ut inuaderet
 regnum. Quid Numa religiosius? talem res poposcit, ut
 ferox

L. FLORI

ferox populus decoram metu mitigaretur. Quid ille militie artifex Tullus, bellatoribus viris quā necessarius? ut acueret ratione virtutē. Quid aedificator Ancus? ut urbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam vero Tarquinij ornamenta & insignia quantā principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatē? Actus à Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosceret respública? Postremo Superbi illius importuna dominatio nō nihil, immo vel plurimū profuit. Sic enim effectū est, ut agitatatus iniurijs populus, cupiditate libertatis incēderetur.

De mutatione Reip. Cap. IX.

IGITUR Bruto Collatinoq; ducibus & authoribus, quibus ultionem sui moriens matrona mandauerat, populus Romanus ad vindicandū libertatis ac pudicitiae decus, quodam quasi in se transfudit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, imperium in eosdem libertatis suae vindices transfert, mutato tamē, & iudice, & nomine. Quippe ex perpetuo animum placuit, ex singulari duplex, ne potestas solitudine vel mora corrūperetur. Consulesq; appellavit pro regibus, ut consulere se ciuibus suis debere meminissent. Tantumq; libertatis nouae gaudium incefferat, ut vix mutati status fidem caperent, alterumq; ex consulibus, tantum ob nomen & genus regium, fascibus abrogatis vrbe dimitterent. Itaq; substitutus Valerius Publicola, summo studio annixus est ad augendā liberi populi maiestatem. Nam & fasces ei pro libera concione submisit, & ius pronunciationis aduersus ipsos dedit. Et ne specie arcis offenderet, eminentes aedes suas in plana submisit. Brutus verò fauori ciuium etiam domus suae clade & parricidio velificatus est. Quippe quum studere reuocandis in urbem regi-

regibus liberos suos comperisset, praxit in forum, & concione media virginis cecidit, & securi percussit: de plane publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populū Ro. videretur. Liber iam hinc Po. Ro. prima aduersus exteros arma pro libertate corripuit, mox profinibus, deinde pro socijs, tum gloria, & imperio, lacessentibus assidue vsquequaq; finitimus, quippe quum patrij soli gleba nulla esset, sed statim pomerium, mediusq; inter Latium & Tuscos quasi in quodam biuio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret, donec quasi contagione quadā per singulos itum est, & proximis quibusq; correptis, totam Italiam sub se redigeret.

Bellum Ethruscū cum rege Porsena. Cap. X.

PVL S I S ex Vrbe regibus, prima pro libertate arma corripuit. Nam Porsena rex Ethruscorū in gentibus copijs aderat, & Tarquinius manu reducebat. Hunc tamē quāuis & armis & fame vrgeret, occupatoq; Ianiculo ipsi vrbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit: nouissime etiā tāta adminatione perculit, ut superior Vstro cū penē victis amicitia foedera feriret. Tunc illa Romana pericula atq; miracula, Horatius, Mutius, Cloelia, quae nisi in annalibus forent, hodie fabulae viderentur. Quippe Horatius Cocles postquā hostes vndiq; instātes solus submouere non poterat, ponte reciso trāsnatit Tyberim, neq; arma dimittit. Mutius Scaenola quē per insidias in castris eius aggreduur, sed vbi frustratū circa purpuratū eius ictum tuerur, ardentibus focis inicit manum, terroremque geminat dolo. Vt scias, inquit, quem virum es fugeris, idem trecenti iurauimus, quū interim (immane dictū) hic inerritus, ille trepidaret, tanquā manus regis arderet. Sic quidē viri, sed ne quis sexus à laude cessaret.

ecce

LI FLORI.

ecce & virginū virtus. Vna ex obsidibus regi data, clapsa custodiam, Cloelia per patrium flumen equitabat: & rex quidem tot tantūq; virtutum territus monitis, Valere, liberosque esse iussit. Tarquinij tandem dimicauerūt, donec Aruntem filium regis manu sua Brutus occidit, superque ipso mutuo vulnere expirauit, planè quasi adulterum ad inferos vsque sequeretur.

Bellum Latinum Cap. XI.

LATINI quoque Tarquinos asserebant emulacione & inuidia, vt populus qui foris dominabatur, saltem domi seriret. Igitur omne Latium Mamilio Tusculano duce, quasi in regis ultionem tollit animos. Apud Regilliacum dimicatur, diu Marte vario, donec Posthumius ipse dictator signū in hostes iaculatus est. Nouum & insignitū cōmilitonibus imperauit, & hoc nouū, quod acrius incurrerent. Ea demū atrocitas fuit praelij, vt interfuisse spectaculo deos fama tradiderit, duos in candidis equis Castorem atq; Pollucē nemo dubitauit. Itaq; & imperator veneratus est, nactusq; victoriam, templa promisit, & reddidit sanè quasi cōmilitonibus deis stipendium. Hactenus pro libertate, Mox de finibus cum eisdem Latinis a Sidue & sine intermissione pugnatū est. Sora (quis credat?) & Algidum terrori fuerunt. Satricū atq; Corniculū prouinciæ. De Veis & Bouillis pudet, sed triumphauimus. Tibur nunc suburbanū, & æstiuæ Preneste deliciae, nuncupatis in Capitolio voris petebantur. Idem tunc Fesula, quod Taphræ. Nuper idem nemus Aricinū, quod Hercynius saltus, Fregellæ, quod Gesoriacum, quod Tigris quod Euphrates. Coriolos quoque (propudor) victos adeo gloriæ fuisse, vt captum oppidum Cneus Martius

Corio

Coriolanus quasi Numantiam aut Africam nomini indueret. Extrat & parat de Antio spolia, quæ Mænius in suggestu fori capta hostiū classe suffixit, si tamē illa classis, nam sex fuere rostrata. Sed hic numerus illis in itijs nauale bellū fuit. pernicacissimam tamen Latinorū Aequi et Volscifuerunt, et quoridiū ut sic dixerim, hostes. Sed hos præcipue L. Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obseſſa ac pene iam capta M. Minurij cōsulis castra, egregia virtute seruauit. Medium erat forte tempus semētis, quū patriciū virum innixū aratro suo licitor in ipso opere deprehēdit. Inde in acie profectus, ne quid à rustici operis imitatione cessaret, victos more pecudum sub iugū misit. Sic expeditione finita, redijt ad boues rursus triumphalis agricola. Fides numinū, qua velocitate intra XV. dies captū peractūq; bellū: prorsus ut festinaſſe dictator ad relictū opus videretur.

Bellum cum Etruscis, Faliscis, & Fidenatibus.

Cap. XII.

ASSIDVI verò & Annienſarij hostes ab Etruria fuere Veientes, adeo ut extraordinariā manū aduersus eos promiserit, priuatūq; gesserit bellū gens vna Fabiorū, satis superq; idonea clades. Cæsi apud Cremerā trecenti & sex, patricius exercitus: & scelurato signatur nomine quæ profisciscētes in præliū porta dimisit. Sed ea clades ingentibus expiata victorijs, postquā per alios atq; alios dūces robustissima capta sūt oppida, vario quidē euentu. Faliscis spē dediderūt. Cremati suo igne Fidenates. Rapti funditus deletiq; Veientes, Falisci quū obsiderentur, mira visa est fides Imperatoris, nec immerito, quod illi magistrū vrbis proditorē, cū his quas adduxerat pueris,

L. FLORUS

Vinctum sibi ultro remisisset. Eam nanque Furius Camillus, vir sanctus & sapiens, sciebat verã esse victoriã quã salua fide, & integra dignitate pararetur. Fidenã quia pares non erant ferro, ad terrorẽ mouendũ facibus armata, & discoloribus serpentũ in modũ vittũ ferali more processerãt: sed habitus ille feralis, euerfionis omẽ fuit. Veientiũ quanta res fuerit, indicat decẽnis obsidio. Tũc primũ hyematũ sub pellibus, taxata stipediõ hyberna Adactus miles sua spõre iureiurando, nisi capta vrbe nõ remeare. Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretriũ reportata. Deniq; nõ scalis, nec irruptione, sed cuniculo & subterraneis dolis peractũ vrbis excidiũ. Ea deniq; visa est prædã magnitudo, vt eius decimæ Apollini Pychio mitterentur, vniuersusq; populus Ro. ad direptionẽ vrbis vocaretur. Hoc tunc Veientiũ fuisse, nõ fuisse quis meminuit? quæ reliquiæ? quoducè vestigiũ? Laborat annalium fides, vt Veios fuisse credamus.

Bellum Gallicum. Cap. XIII.

HINC siue inuidia deũ, siue fato, rapidissimus procurrens imperij cursus, parumper Gallorum Senonũ incursione supprimitur, Quod tẽpus populo Ro. nescio vtrius clade funestius fuerit, an virtutis experimẽtis speciosius. Ea certè fuit vis calamitatis, vt in experimentum illatã putem diuinitus, scire volentibus immortalibus dijs, an Romana virtus imperiũ orbis mereretur. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus, adeo omni genere terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitiũ, vrbiũ stragem videretur. Hi quondam ab vltimis terrarum oris, quum cingrentur omnia oceano, ingenti agmine profecti, cũ iam media vastassent, positis inter Alpes & Padum

Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiã vagabantur. Tum Clusium oppidum obsidebant. Pro socijs ac federatis Populus Romanus interuenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? Ferocius agunt. Mouent exinde certamen. Conuersis igitur à Cusio, Romamque uenientibus, ad Alliam flumen cum exercitu Fabius cõsul occurrit. Non Cremeræ sceleratior clades. Itaque hunc diem fastis Romana mandauit. Fuso exercitu, iam moribus urbis appropinquabant. Erant nulla præsidia. Tum igitur, aut nunquam aliã, apparuit uera illa Romana uirtus. Iampridẽ maiores natu amplissimis uisi honoribus, in forum coeunt. ibi deuouente pontifice, dijs se manibus cõsecrant: statimque in suas quisque, ædes regressi, sicut in trabebus erant, & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt, ut quum uenisset hostis, in sua dignitate moreretur. Pontifices et Flamines, quicquid religiosissimi in templis erat, partim in dolijs defossa terra recondunt, partim imposita plaustris secum auferunt. Virgines simul ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitantur: tum excepisse fugientes unus e plebe fertur L. Albinus, qui depositis uxore, & filijs, uirgines in plaustrum recepit. Adco tu quoque, in ultimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuenius uero, quum satis constat uix mille hominum fuisse, duce Manlio arce Capitolini montis insedit, obtestata ipsum quasi presentem Iouem, ut quemadmodum ipsi ad defendendum templum eius concurrissent, ita ille uirtute eorum numine suo tueretur. Aderat interim Gallis, apertaque urbe primo trepidarunt, ne qui subesset dolus: mox ubi solitudinem uidet, pari clamore et impetu inuadunt. Parentes passim domos adeunt: ubi sedentes in curulibus sellis præextatos senes uelut Deos Geniosque uenerari, mox eosdem postquam esse.

esse homines liquebat, alioquin nihil respondere dignantes,
 pari recordia maectant, facesq; relictis inijciunt, & totam
 urbem igne, ferro, manibus solo ex aequant. Sex mensibus
 barbari (quis crederet?) circa montem unum pependunt,
 nec diebus modo, sed noctibus omnia experti, quum tandem
 Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à
 summa rupe deiecit: & ut spem hostibus demeret, quã-
 quam in summa fame, tamen ad spem fiducia panes ab
 arce iaculatus est. Et statò quodã die per medias hostium
 custodias Fabium Pontificem ab arce demisit, qui solenne
 sacrum in Quirinali monte conficeret. Atq; ille per me-
 dia hostium tela incolumis religionis auxilio redijt, pro-
 pitiosq; deos renũciavit. Nouissime quum iam obsidione
 sua barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum ve-
 ditantes, idque ipsum per insidias, quum ad usquam po-
 tidera addito adhuc gladio, superbe victos increparẽt, subiti-
 to aggressus à tergo Camillus adeo cecidit, ut omnia in-
 cendiorum vestigia, gallici sanguinis inundatione deleret.
 Agere gratias dijs immortalibus pro ipso tantæ cladis no-
 mine libet. Pastorum casas ignis ille, & flamma pauper-
 tatem Romuli abscondit. Incendium illud quid egit aliud,
 nisi ut destinata hominum ac deorum domicilio ciuitas
 non delata, non obruta, sed expiata potius & illustrata
 videatur? Igitur post assertam à Manlio, restitutam à
 Camillo urbem, acrius etiam vehementiusque in finitimos
 resurrexit. Ac primò omnium illam ipsam Gallicam gentem
 non contentus manibus expulisse, quum per Italiam nau-
 fragia sua latius traheret, sic persequutus est duce Ca-
 millo, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint. Semel
 apud Anienem trucidati, quum singulari certamine Man-
 lius aureum torquem, Barbaro inter spolia detrahit, in-
 de

de Torquati. Iterum in Pontino agro, quum simili pugna L. Valerius insidente galeæ satyria alite adiutus reculit spolia: & inde Coruini. Nec non tamē post aliquot annos omnes reliquias eorum in Ethruria ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit, ne quis extaret in ea gēte, qui incensam à se Romam urbem gloriaretur.

Bellum Latinum. Cap. XIII.

CONVERSUS à Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Murena consulibus, semper quidem amulatione imperij & magistratum infestos, tum verò contemptu Urbis incensæ, quum ius ciuitatis, partem imperij ac magistratuum poscerent pari imperio, atq; iam amplius quā congregari auderent: quo tempore quis cessisse hostem mirabitur? quum alter consulum filium suum, quia contra imperium pugnauerat, quantum victorem, occiderit, quasi plus in imperio esset, quā in victoria. Alter quasi monitu deorum capite velato primum ante aciem dijs manibus se deuouerit, ut in confertissima se hostium tela iaculatus, nouū ad victoriā iter, sanguinis suis semita aperiret.

Bellum Sabinum. Cap. XV.

ALATINIS aggrossus est gentem Sabinorum, qui immemores factæ sub Tiro Tatius affinitatis, quodā contagio belli se Latinis adiunxerunt, Sed Curio Dentato cōsule, omnem eum tractū qua Nar ambit, fontesq; Velini, Adriatico tenus mari, igne ferroq; vastauit: qua victoria tantū hominum, tantū agrorum redactū in potestati ē, ut in vtro plus esset, ne ipse posset existimare qui vicerat.

Bellum Samniticum. Cap. XVI

PRECIBUS deinde Campania motus, non pro se, sed quod est speciosius, pro socijs Samnitas inuadit. Erat fœdus cum vtrisque percusum: sed hoc Cāpani sanctius &

L. FLORI.

prius omnium suorum deditioe fecerunt. Sic ergo Roma
 nus bellum Samniticum tanquam sibi gessit. Omnium non mo-
 do Italia, sed toto orbe terrarum pulcherrima Campania
 plaga est. Nihil mollius caelo: denique his floribus vernat.
 Nihil uberius solo: ideo Liberi Cererisque certamen dici-
 tur. Nihil hospitalius mari. Hic illinobiles portus. Caieta,
 Misenus & repentes fontibus Baia, Lubrinus & Auernus,
 quaedam maris ocia. Hic amicti vitibus mores. Gaurus,
 Falernus, Massicus, & pulcherrimus omnium Vesuvius
 Aetnae ignis imitator. Urbes ac mare, Formiae, Cumae,
 Puteali, Neapolis, Herculaneum, Pompei, & ipsa caput urbis
 Capua, quondam inter tres maximas, Romam Carthagi-
 nemque numerata. Pro hac urbe, ijs regionibus Populus
 Ro. Samnitas inuasit, gentem, si opulentiam quaeras, aureis &
 argenteis armis, duobus coloribus vestibusque ad arbitrium armata-
 tam. Si insidiarum fallaciam, saltibus fere & montium
 fraude grassantem. Si rabiem ac furorem, sacratis legibus,
 humanisque hostijs in exitium urbis agitatam. Si pertina-
 ciam, sexies rupto foedere, cladibusque ipsis animosio-
 rem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios & Papyri-
 os patres, eorumque liberos ita subegit ac domuit, ita ruinas
 ipsas urbium diruit, ut hodie Samnium in ipso Samnio re-
 quiratur, nec facile appareat materia quatuor & vigin-
 titriumphorum. Maxime tamen nota & illustris ex hac
 gente clades apud Caudinas furcas Veturio Posthumio-
 que consulibus accepta est. Clauso enim per insidias intra-
 eum saltum exercitu, unde non posset euadere, stupens oc-
 casione tanta dux hostium Pontius, Herennium patrem
 consuluit: & ille, mitteret omnes, vel occideret, sapien-
 ter ut senior suaserat. Hic armis exutos mittere sub-
 iugum maluit, ut amici forent beneficio, & post flagitium
hostes

hostes magis. Itaque & consules magnifice voluntaria deditione turpitudinem foederis dirimunt: & Utionem flagitans miles Papirio duce (horribile dictu) subiectis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit: & in congressu arsisse omnium oculos, hostis autor fuit: nec prius finis caedibus datus, quam iugum & hostibus & duci captore reposuerunt.

Bellum Etruscum & Samniticū. Cap. XV II.
 H. A. C. T. Eius Populus Roma. cum singulis gentium. mox aceruatim, tamen sic quoque par omnibus. Etruscorum XII. populi in id tempus incitati, antiquissimus Italiae populus Samnitium, reliqui in excidium Romani nominis repente coniurant. Erat terror ingēs tot simultanorumque populorū. A latere Ethruria infesta, quatuor agminum signa volitabant. Ciminius inter im saltus in medio, ante inuius plane, quasi Calydonius, vel Hercynius, adeo tunc terrori erat. Ut senatus Consuli denunciaret, ne tantum periculi ingredī auderet. Sed nihil horum terruit ducem, quin fratre praemisso exploraret accessus. Ille per noctem pastorio habitu speculatus omnia refert. Tum sic Fabius Maximus periculosissimū bellū, periculo explicauit. Nam subito incōditos atque palantes aggressus est, captusque superioribus iugis, in subiectos suo more detonuī. Ea namque species fuit illius belli, quasi in Terrigenas e caelo ac nubibus tella mitterentur: nec inouenta tamen illa victoria: nam oppressus in sinu Vallis, alter consulū Decius, more patrio deuotum dijs manibus obtulit caput, solennemque familiae suae consecrationem in victoriae precium redegit.

Bellum Tarentinum, & cum Pyrrho Rege. Caput XV III.

L. FLORI

S E Quitur bellum Tarentinum, vnum quidē titula
 & nomine, sed victoria multiplex. Hoc enim Cāpanos,
 Apulos, atq; Lucanos, & caput belli Tarentinos, idem to-
 tā Italiā, & cū istis omnibus Phyrriū clarissimū Græ-
 ciæ regem, vna veluti ruina pariter inuoluit, vt eodem
 tēpore & Italiā consumaret, & transmarinos trium-
 phos auspicaretur. Tarentū etiam Lacedæmoniorū opus,
 Calabriae quondā & Apuliae totiusq; Lucaniae caput, tum
 magnitudine & muris portuq; nobili, tum mirabili situ,
 quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita, in oras
 nostras, Histriā, Illiricū, Epirum, Achaia, Aphricā, Si-
 cilia vela dimittit. Imminet portui ad prospectū maris
 positū vrbis theatrū, quod quidē causa miserae ciuitati fuit
 omniū suarū calamitatū. Ludos forte celebrabant, quum
 remigantes littori Romanū classem inde vidēt. atq; hostē
 rati, emicant, sine discrimine insultāt: qui autē, aut vnde
 Romani, nec satis norant. Aderat sine mora querelā fe-
 rens legatio: hanc quoq; scēdus per obscenā turpemq;
 dictū contumeliā violant. Exhinc bellum: sed apparatus
 horribilis, quū tot simul populi pro Tarentinis consurge-
 rent: omnibusq; vehemētior Phyrus, qui semigræcā ex
 Lacedæmonijs conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum
 totius viribus Epiri, Theffaliae, Macedoniae, incognitisq;
 in id tēpus elephantis, maris terra, viris, equis, armis ad-
 dito insuper ferarum terrore, veniebat. Apud Heracleā
 & Campaniæ fluuiū Lyrin, Leuino cōsule, prima pugna:
 quæ tam atrox fuit, vt Ferentanæ turmæ præfectus in-
 uectus in regē, turbauerit, coegeritq; proiectis insignibus
 prælio excedere. Actum erat, nisi elephantis conuersi in-
 spectaculū belli præcurriissent, quorū tum magnitudine,
 tum deformitate, & nouo colore simul ac stridore con-
sternati

sternaticquiquum cognitas sibi belluas, amplius quam
 erant suspicarentur, fugam stragemque late dederunt.
 In Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est.
 Curio Fabricioq; Coss. Iam quippe belluarum terror exo-
 leuerat, & C. Minutius quartæ legionis hastatus, vnus
 proboscide abscissa, mori posse belluas ostēderat. Itaq; &
 in ipsas pila cōgesta sunt, & in turre vibratae faces, tota
 hostium agmina ardentibus ruinis operuerunt: nec aliud
 cladi finis fuit, quam nox dirimeret, postremusq; fugiē-
 tium ipse rex à satellitibus humero saucius in armis suis
 referretur. Lucaniæ suprema pugna sub Arusinis, quos
 vocant, cāpis, ducibus isdem qui superius. Et tunc tota vr-
 Etoria exitū, quæ datura virtus fuit, casus dedit. Nā pro-
 ductis in primam aciem rursus elephātis, vnum ex his pul-
 lum adacti in caput teli grauis ictus auertit: qui cum per
 stragem suorum percurrēs stridore quereretur, mater,
 agnouit, & quasi vindicatura exiliuit: tum omnia circa
 quasi hostilia grauitimore permiscuit: ac si eadem feræ,
 quæ primā victoriā abstulerant, secundam parē facerent
 tertiam sine controuersia tradidene. Nec vero tantum ar-
 mis, & in campis, sed concilijs quoq; & domi & intra vr-
 bem cum rege Pyrrho dimicatū est. Quippe post primam
 victoriam rex callidus intellecta virtute Romana, statim
 desperauit armis, seq; ad dolos contulit. Nam interemptos
 cremauit, captiuosq; indulgenter habuit, & sine pretio re-
 stituit. Missisq; deinde legatis in vrbe, omnimodo adnixus
 est vt in amicitiam reciperetur. Sed bello & pace, foris &
 domi, omnem in partem Romana virtus tum se probauit:
 nec alia magis quam Tarentina victoria ostendit populi
 Romani fortitudinem, senatus sapientiam, ducum magna-
 nimitate. Quinā illi fuerint viri, quos ab elephantis prim-

L. FLORI.

praelio obrutos accipimus? omnium vulnera in pectore,
 quidam hostibus suis immortui, omnium in manibus en-
 ses, & relicta in vultribus minae, & in ipsa morte ira vi-
 uebat. Quod adeo Pyrrhus miratus est, ut diceret: O quam
 facile erat orbis imperium occupare aut mihi Romanis
 militibus, aut me Rege Romanis. Quae autem eorum qui
 superfuerunt, in reparando exercitu festinatio? cum Pyr-
 rhus, Video me, inquit, plane Hercules sydere procreatum,
 cui quasi ab angue Lernaeo tot caesa hostium capita de san-
 guine suo renascuntur. Qui autem ille senatus fuit? quem
 perorante Appio Caeo pulsus cum muneribus suis ab urbe
 legati, interrogati a rege suo quid de hostium sede sentiret:
 Urbem templum sibi visum, senatum regnum esse conse-
 terentur. Quales porro ipsi duces vel in castris? quem me-
 dicum venale regis Pyrrhi caput afferentem Curius re-
 misit: Fabricius oblatam sibi a rege imperii partem repu-
 diauit. Vel in pace? quem Curius fictilia sua Samnitica
 praeferebat auro: Fabricius decem pondo argenti circa Ruf-
 finum consularem virum, quasi luxuriam censoria gra-
 uitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus, virtute
 militum, victorem Po. Romanum fuisse? unoque bello Ta-
 rentino intra quadriennium maximam partem Italiae, for-
 tissimas gentes, opulentissimas urbes, vberimasque regio-
 nes in ditionem redegisse? Aut quid adeo fidem superet?
 quonia si principia belli cum exitu conferatur, victor primo
 praelio Pyrrhus, totam trementem Italiam, Campaniam, Lyrim,
 Fregellasque populatus, prope captam urbem a praenestina ar-
 ce prospexit, & a vicesimo lapide oculos trepidae ciuitatis
 fumo ac puluere impleuit. Eodem postea bis exuro castris,
 bis saucio, et in Graeciam suam trans mare ac terras fugato, pax
 & quies, & tanta adeo de opulentissimis tot gentibus
 spolia

spolia ut victoriã suam Roma nõ caperet. Nec enim illus pulchrior in urbem, aut speciosior triumphus intrauit, cū ante hunc diem nihil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisset. Tum si capriuos aspiceres, Moloysi, Thessali, Macedones, Brutius, Apulus, atq; Lucanus. Si pompas, aurum, purpura, signa, tabulæ, Tarētinaq; deliciæ. Sed nihil libentius Po. Romanus aspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis belluas, quæ non sine sensu captiuitatis summissis cervicibus victores equos sequebantur.

Bellum Picente. Cap. XIX.

OMNIS mox Italia pacem habuit. Quid enim post Tarentum auderet? nisi quod ultro persequi socios hostium placuit. Domiti hinc Picentes, sed caput gentis Asculi Sempronio duce, qui tremante inter prælium campo, Tellurem deam promissa æde placauit.

Bellum Salentinum. Cap. XX.

SALENTINI Picentibus additi, caputq; regionis Brūdisiū, in clytō portu, M. Attilio duce. Et in hoc certamine, victoriæ præciū, templū sibi pastoria Pales ultro poposcit.

Bellum Volsinense. Cap. XXI.

POSTREMI Italicorū in fide mansere Volsini opulentissimi Etruscorum, implorantes opem aduersus seruos quondam suos, qui libertatem à dominis datã, in ipsos exerant, translataq; in se Rep. dominabantur. Sed hi quoq; duce Fabio Gurgite pœnas dederunt.

De seditionibus. Cap. XXII.

HÆC est secūda ætas Po. Ro. & quasi adolescentia qua maxime viruit, & quodam flore virtutis exarsit, ac fremuit, Itaque quædam adhuc ex pastoribus feritas,

quid iam spirabat indomitū. Inde est quod exercitus Posthumium Imperatorem, inficiantem quas promiserat prædæ, facta in castris seditione lapidauit: Quod sub Appio Claudio noluit vincere hostē, quum posset: Quod duce Volerone detrectantibus plerisque militiam, fracticonsulis fasces. Inde quod clarissimos principes, quod aduersaretur voluptatis sue, exultatione multauit: vt Coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iniuriam armis vindicasset, nisi quod iam inferentem signa filium, mater Veruria lachrymis suis exarmauit. Vt ipsum Camillum, quod inique inter plebem & exercitum diuisisse veientem prædam videretur. Sed hic melior obsessis in capta vrbe cōsuluit: & mox supplices de hoste Gallo vindicauit. Cum senatu quoq; de æquo bonoque certatum est: adeo vt relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ minaretur.

Prima vrbis discordia. Cap. XXIII.

PRIMA discordia ob impotentiam fœneratarum, quibus in terga quoque seruiliter seuientibus, in Sacrum montem plebs armata secessit, ægreque, nec nisi tribunos impetrasset, Menenij Agrippæ facundi & sapientis viri autoritate reuocata est. Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula, qua dissensisse inter se quodā humanos artus dicitur: quod omnibus opere fugientibus, solus venter immunis ageret, deinde moribundos à seiunctione redusse in gratiam, quādo sensissent quod eius opera redactis in sanguinem cibus irrigarentur.

Secunda vrbis discordia. Cap. XXIII.

SECUNDA in vrbe decemuiratus libido conflauit. Allatas à Græcia leges, decem principes lecti iubente populo conscripserant: ordinataque erat in duodecim tabulis tota iustitia: quum tamen traditos fasces regio

giò quodam furore retinebāt. Ante ceteros Appius Claudius eo insolentiae delatus est, ut ingenuam Virginē stupro destinaret, oblitus & Lucretiae & regū, & iuris quod ipse composuerat. Itaque quum oppressam in iudicio filiam trahi in seruitutem videret Virginius pater, nihil cunctatus, in medio foro manu sua interfecit, ad mortisque signis commilitonum, totam eam dominationem obsessam armis, in carcerem & catenas ab Auentino monte detraxit.

Tertia Urbis discordia. Cap. XXV

TERTIAM seditionē excitauit matrimoniorū indignitas, ut plebeij cū patricijs iungerētur. qui tumultus in mōte Ianiculo duce Canuleio Tribuno plebis exarsit.

Quarta Urbis discordia. CAP. xxvi.

QUARTAM honorum Cupido, ut plebeij quoque magistratus crearentur. Fabius Ambustus duarum patrum, alteram Sulpitio patricij sanguinis dederat, alteram plebeio Stoloni. Hæc quodam tempore, quod lictoriae Virgæ sonum ignotum penetibus suis expauerat, à sorore factus insolenter irrisa, iniuriam non tulit. Itaque nactus tribunatum, honorum & magistratuum consortium quauis inuito senatui extorsit. Verum in his ipsis seditionibus principem populum non immeritò suspexeris. Siquidem nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora & insignia vindicauit. Inter omnia hæc nullius acrior custos, quàm libertatis fuit: nullaque in precium eius potuit largitione corrumpi, quū ut in magno, & in dies maiore populo, interim perniciosi ciues existerēt Sp. Cassium agraria lege, Melium largitione suspectum regiæ dominationis, præsentim mor-

te.

L. FLORI.

re multavit. Ac de Spurio quidē supplicium pater ipsius
sumpsit: hunc Quintij dictatoris imperio in medio foro
magister equitum Seruilius Hala cōfodit. Manlium ve-
rò Capitolij vindicem, quia plerosq; debitorum liberaue-
rat, altius se, & inciuilius efferentem, ab illa quam defen-
derat arce deiecit. Talis domi ac foris, talis pace belloque
Populus Romanus, fretūns illud adolescentiæ, id est secun-
dam imperij ætatem habuit, in qua totā inter Alpes fre-
tumque Italiam armis subegit.

L. FLORI GESTORVM ROMANO-
RVM EPITOMES LIB. II.

Cap. I.



DOMIta subactaq; Italia, Populus Roma-
nus prope quingēte simū annū a gēs, quū
bona fide adoleuisset, si quod est robur, si
qua iuuentas, tū ille verè robustus & iuue-
nis, & par orbiterrarū esse cœpit. Itaq;
mirū, & incredibile dictū, qui prope quingētis annis do-
miluctat⁹ est (adeo difficile fuerat dare Italiæ caput) his
CC. annis qui sequuntur, Africam, Europā, Asiam, totū
deniq; orbē terrarum bellis victorijq; peragravit.

Primum Bellum Punicum. Cap. II.

IGitur victor Italiæ populus: quū à terra fretū vsq;
venisset, more ignis, qui obuias populatus incendio sylvas,
inteueniente flumine abruptitur, paulisper substitit. Mox
quū videret opulētissimā in proximo prædā quodāmodo
Italiæ suæ abscissā, & quasi reuulsā, adeo cupiditate eius
exarsit, vt quatenus nec mari iungi nec pontibus posset,
armis belloque iungenda, & ad continentem suam reuo-
canda bello videretur. Sed ecce vltro ipsis viā pandenti-
bus fatis, nec occasio defuit, quū de Pœnorū impotentia
fœderata Siciliae ciuitas Messāna quereretur. Affecta-
bat enim vt Romanus ita Pœnus Sicilia, & eodē rēpore
paribus vterq; votis ac viribus Imperiū orbis agitabat.
Igitur specie quidē socios iuandī, re autē sollicitate prædā
(quanquā territaret nouitas rei, tāta tamē in virtute fi-
ducia est) ille rudis, ille pastorius populus, verèq; terrestris
ostendit nihil interesse virtutis, equis an nauibus, terra
an mari dimicaretur. Appio Claudio consule primum
fretum

L. FLORI.

fretum ingressus est, fabulosis infame monstris, & sta-
 que violentum: sed adeo non est exterritus, ut ipsam illā
 ruentis & stus violentiam pro munere amplecteretur: sta-
 timque ac sine mora Hieronem Siracusanum regem tan-
 ta celeritate vicit, ut ipse ille se prius victum quam hos-
 tem videret, fateretur. Duillio Cornelioque consulibus,
 etiam mari congregi ausus est. Tum quidem ipsa veloci-
 tas classis cōparatæ, victoriæ auspiciū fuit. Intra enim
 sexagesimum diem quam cæssa sylua fuerat, CLX na-
 uium classis in anchoris stetit: ut non arte factæ, sed quo-
 dam munere deorum cōuersa in uaes atque mutatæ ar-
 bores viderentur. Præliū vero fama mirabilis, quum illas
 celeres volucresque hostium naues, hæ graues tardæque
 comprehendere. Longe illis nauticæ artes, detorquere
 remos, & ludificari fuga rostra. Iniecit enim ferreæ
 manus, machinæque aliæ, ante certamen multum ab ho-
 ste derisæ, coactique hostes quasi in solido decernere. Vic-
 tor ergo apud Liparas, mersa & fugata hostium classe,
 primum illum maritimum egit triumphum. Cuius quod
 gaudium fuit? quum Duillius Imperator non contentus
 unius diei triumpho, per vitam omnem ubi à cœna rediret,
 prælucere funalia, præcinere sibi tibias iussit, quasi quoti-
 die triumpharet. Pro tanta victoria leue huius præliū dā-
 num fuit. Alter cōsulum interceptus Cn. Cornelius Asi-
 na: qui simulato colloquio euocatus atque oppressus fuit,
 perfidia Punicæ documentum. Calatino dictatore, fore
 omnia præsidia Pœnorum Agrigento, Drepano, Panor-
 mo, Eryce, Lilybæo detraxit. Trepidatum est semel cir-
 ca Camerinesium saltum, sed eximia virtute Calpurnij
 Flamme tribuni militū euasimus, qui læta C. CC. manu
 in festū & in seffum ab hostibus tumultū occupauit, adeoq;
 moratus

moratus hostes, dū exercitus omnis euaderet: ac sic pul-
 cherrimo exitu, Thermopilarum, & Leonidæ famam ad-
 equauit. Hoc illustrior noster, quod expeditioni tantæ su-
 persuit & superdixit, licet nihil scripserit sanguine. L.
 Cornelio Scipione, cum iam Sicilia suburbana esset populi
 Romaniprovincia, serpente latius bello, in Sardinia anne-
 xamq; ei Corsicā transit, ubi & sic Caralæ vrbis excidio
 incolis terruit, adeoq; omneis terra mariq; Pœnos expu-
 gnauit, ut iam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret.
 M. Arilio Regulo ducciam in Africam nauigabat bellū.
 Nec deerant qui ipso Punici maris nomine ac terrore de-
 ficerent, augente in super T. Carthago, in que,
 nisi paruisset, securi distruenda Carthago, metu mortis
 nauigandi fecit audaciam: *Ep. Hic operatū*
est: tantusq; terror hostici adsequens, ut aper-
tis penè portis Chartago caperetur. Belli quæ præmum
 fuit ciuitas Clypea. Prima enim à Punico litore quasi
 arx & specula procurrat: & hæc & CCC. amplius ca-
 stella vastata sunt. Nec cū hominibus modò, sed cū mon-
 stris quoq; dimicatū est, quum quasi in vindictā Africa
 nata miræ magnitudinis serpens, posita apud Bragadam
 castra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum ter-
 rorem nominis sui latè circumtulisset, quumque magnam
 vim iuuentutis, ducesq; ipsos, aut cepisset, aut haberet in
 vinculis, classemque ingenti præda onustam, & trium-
 pho grauem in urbem præmisset, etiam ipsam caput
 Belli Carthaginem vrgebat obsidione, ipsisque portis in-
 hærebat. Hic paulū circumacta fortuna est, tantum
 ne plura deessent Romanæ vrbis insignia, cuius ferè ma-
 gnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuersis ad
 externa auxilia hostibus, quum Xantifum illis ducem
 Lace-

L. FLORI.

Lacedæmon misisset, à viro militia peritissimo vincimur, cum sæda clade, Romanisque vsu incognita, viuis in manus hostium venit fortissimus Imperator. Sed ille quidē par tantæ calamitati fuit. Nam nec Punico carcere fractus est, nec legatione suscepta. Quippe diuersa quam hostes mandauerant, censuit, ne pax fieret, nec cōmutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec vltimo siue carceris seu crucis supplitio deformata maiestas: imò his omnibus admirabilior. Quid aliud quam victus de victoribus, quia Carthago nō cesserat, de fortuna triumphauit? Populus autē Romanus vitur. *Atque* veriorque pro vltione Reguli, quā pro virēsque hostium, nō igitur consule spirantibus altius Ponderent. Longe illis ciliā bello, apud Panormū sic hostes iudicari. *Atque* eius ea in insula concitaretur. Argumentū argenti victoriæ, centum circiter elephatorum captiuitas: sic quoq; magna præda, si gregem illū non bello, sed venatione cepisset. P. Claudio consule, non ab hostib⁹, sed à dijs ipsis superatus est, quorū auspitiā cōtēperat, ibi statim classe demersa, vbi ille præcipitari pullos iussit, quod pugnare ab his vetaretur. M. Fabio Buteone consule, classem hostiū in Africo mari apud Aegimurū iam in Italiā ultro nauigantē cecidit: quāuis Octauius triumphus tempestate intercidit, quum opulenta præda classis aduersis acta ventis, naufragio suo Africam & Sirtes, omnium imperia gentium, insularum littora impleuit. Magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, interceptā tempestate victoriā, & triumphum perisse naufragio. Et tamen cum Punica præda omnibus, insulisq; fluitarent, Populus Romanus triumphauit Luctatio Catulo consule: tandem bello finis impositus

fitus apud insulas quibus nomen Aegates: nec maior alia in mari pugna: quippe comēatibus, exercitu, propugnaculis, armis, grauis hostium clāsis, & in eis quasi tota Carthago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, leuis, expedita, & quodam genere castrensis, ad similitudinē pugnae equestris, sic remis quasi habentis agebatur, & in hos vel in illos ictus mobilia rostra, speciem uidentium praeferebant. Itaque momento temporis laceratae hostium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidentis hostium mōnibus non quaeretur. Superuacuum uisum est in arcem murosque seuire, quum iam in mari esset deleta Carthago.

Bellum Ligusticum. Cap. LII.

PER Acto purico bello sequitur. Et breuis sanē & quasi ad recipiendū spiritum requies: arguentūq; pacis, & bona fide cessantium armorum, tunc primū post Numā clausa fuit porta Iani: sed statim ac sine mora patuit. Quippe iam Ligures, iam Insubres Galli, necnō & Illyrici laceſſebant, sic de sub alpihus, id est de sub ipsis Italiae faucibus, gentes deo quodam assidue excitante, ne rubiginem ac situm arma sentirent: denique ita quotidiani & quasi domestici hostes tyrocinia militum imbuebant, nec aliter utraque gente quam quasi core quadam Populus Romanus ferrum suae uirtutis acuebat. Ligures imis Alpium iugis adherentes, inter Varum & Macram flumen, implicitos dumis syluestribus, maior aliquanto labor erat inuenire, quam uincere. Tutum locus & fuga, durum atque uelox genus, ex occasione magis latrocinia quā bella faciebat. Itaque quum diu multūq; eluderet Salij, Deceates, Oxibij, Eburiales, incognitas tandē Fuluius lacebras

L. FLORI.

latebras eorū ignibus sepsit, *Bebius* in plana deduxit. Post-
humius ita exarmanit, ut vix reliquerit ferrum, quo
terra coleretur.

Bellum Gallicum.

Cap. IIII

GALLIS Insubribus, & his accolis *Alpium*, animife-
rarum, corpora plusquam humana erant. Sed experimēto
deprehensū est: quippe sicut primus impetus eis maior quā
virorum est, ita sequens minor quā feminarum. Alpina
corpora humenti celo educata, habent quiddam simile ni-
vibus suis, quæ mox ut calore pugna, statim in sudorē
eunt, & levi motu quasi sole laxantur. Hi sepe & aliās,
sed *Britomaro* duce non prius soluturos se baltea quam
Capitolium ascendissent, iurauerant. Factum est. Victos
enim *Aemilius* in Capitolio discinxit. Mox *Astrionico*
duce voverunt se nostrorum militū præda Marti suo tor-
quem. Intercepit Iupiter votum, nam de torquibus eorū
aureum tropheum Ioui *Flaminius* erexit. *Viridomaro*
rege Romana arma *Vulcano* promiserant: aliorum vo-
ta ceciderunt. Occiso enim rege *Marcellus* tertio post Ro-
mulum patrem *Ferretio* Ioui arma suspendit.

Bellum Illyricum.

Cap. V.

ILLYRIIS seu *Liburni* sub extremis *Alpium* radicibus
agunt inter *Arsum* Tyriumque flumen, longissime per to-
tum *Adriatici* maris littus effusi. Hi regnante *Teuca* mu-
liere populationibus non contenti, licentia scelus addide-
runt. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerāt, iure a-
gentes, nec gladio quidem, sed ut victimas, securi percutiunt,
pæfectos navium igne comburunt, idque, quo indignius fo-
ret, mulier imperabat. Itaque *Cn. Fulvio Centimalo* duce
late domantur. Strictæ in principum colla secures, legato-
rum manibus litauerunt.

Bellum

Bellum punicum secundum. Cap. VI.

POST primum Punicum bellū vix quadriennis requies. Ecce alterum bellum minus quidē spatio (nec enim amplius quam XV II I. annos habet) sed adeo cladium atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna vtriusq; populi, similior victo sit populus qui vicit. At pudebat nobilem populum, ablatū mare, raptæ insule, dare tributa, quæ iubere consueverat. Hinc in ultionē puer Hannibal ad aram patri iurauerat: nec remorabatur. Igitur in causa belli Saguntus deleta est, Hispaniæ civitas opulenta, fideiq; erga Romanos magnum quidem, sed triste momentum, quam in libertate communi fœdere exceptam, Hannibal causas novorum motuum querens, & suis & ipsorū manibus euertit, ut Italiā sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio est. Itaque ad auditū sociæ civitatis obsidium, memores itti cum Pœnis quoq; fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malūt. Interim iam novem mensibus fessifame, machinis ferro & igne, versa denique in rabiem fide immanem in foro excitant rogu, tum desuper se suosq; cum omnibus opibus suis ferro & igne corrūpunt. Huius tantæ cladis author Hannibal poscitur. Ter giuer santibus Pœnis, dux legationis Romanorū: Quæ, inquit, mora est? Fabius. In hoc ego sinu bellum affero, & pacē, vtrum eligitis? vtrum placet, sumite. Quis que succlamatum esset, vtrum vellet daret, Bellū igitur inquit, accipite. & excusso in media curia toga & gremio non sine horrore, quasi planē sinu bellum ferret, effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias ibi Saguntinorum ultimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandassent, ita manibus eorum, vastatione

L. FLORI.

Italiae, captiuitate Africae, ducum & regū, qui id gessere bellum, exitio parentatum est. Igitur ubi semel se in Hispania mouit illa grauis & luctuosa Punici belli vis atq; tempestus, destinatumq; Romanis iam diu fulmen, saepe tanto igne conflagruit, statim quodam impetu raptā, medias perfregit Alpes, & in Italiā ab illis fabulosa altitudinis niuibus, velut caelo missa descendit. Ac primi quidē impetus turbo inter Padū & Ticinū valido statim fragore detonauit. Tunc Scipione duce fusus exercitus, saucius & ipse uenisset in hostium manus Imperator, nisi prolectū patrem praetextatus admodum filius ab ipsa morte rauisset. Et hic erit Scipio, qui in exitiū Africae crescit, non me ex malis eius habiturus. Ticino Trebia succedit. Hic secunda belli Punici procella defauit. Sempromio consule. Tunc callidissimi hostes frigidum & nimiale nocti diem, quā se ignibus prius oleoq; fouissent, horribile dictū, homines a meridie & sole uenientes, nostra nos hyeme uicerūt. Trasimenus lacus tertiū fulmen Hannibalis, Imperatore Flaminio. Ibi quoq; ars noua Punice fraudis. Quippe nebula lacus, palustribusque virgultis reclusus, equitum terga subito pugnantium inuasit. Nec de dijs possumus queri. Imminentem temerario duci cladem praedixerant infidentia signis agmina, & aquilae prodire nolentes, & commissam aciem sequutus ingens terrae tremor: nisi illum horrorem soli equitum uirorumque discursus, & mora uehementius arma fecerint. Quartum, id est penē ultimum uulnus imperij, Cannae, ignobilis Apuliae uicus, sed magnitudine cladis emerfit, & XL. millium caede parua nobilitas. Ibi in exitium infelicis exercitus, dux, terra, caelum, diēs, tota denique rerum natura consensit. Siquidem

non cōtentus simulatis trāffugis Hannibal, qui mox terga pugnantiū ceciderant: in super calidissimus Imperator, patentibus in campis obseruatio loci ingenio, quod & sol ibi accerrimus, & plurimus puluis, & Eurus ab Oriente semper quasi ad constitutum, ita instruxit aciem, ut Romanis aduersus hæc omnia aduersis, quasi secum calidū tenens, vento pulucre, sole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus casi ad hostium satietatem, donec Hānibal diceret militi suo, Parce ferro. Ducū effugit alter, alter occisus est: dubium uter maiore animo. Paulum puduit, Varro non desperauit. Documenta cladis cruentus aliquādiu Aufidus. Pons de cadaueribus iussu ducis factus in terrorem Seruiliij. Modij duo annulorum Carthagine missi, dignitasq; equestris taxata mensura. Dubium deinde non erat, quomodo ultimum illum diē habitura fuerit Roma, quomodoque intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit, si (quod Pœnum illum dixisse Maharbalem Bomilcaris ferunt) Hannibal quemadmodum sciret vincere, sic uti victoria scisset. Tum quidem illum (ut dici vulgo solet) aut satum urbis imperaturæ, aut ipsius mēs mala, & auersi à Carthagine diij, in diuersum abstulerunt, quum victoria posset uti, frui maluit, relictaque Roma, Campaniam Tarentumque peragrare, ubi mox & ipse & exercitus ardor elanguit, adeo ut verum dictum sit, Capuam Hannibali Cannas fuisse. Siquidem inuictum Alpibus, indomitum armis, Campaniæ, quis crederet? sole, & repentes fontibus Baiæ, subegerunt. Interim respirare Romanus, & quasi ab inferis emergere. Arma non erant, detracta sunt templis. Decrat inuentus, in sacramentum militiæ liberata seruitia. Egebant arario,opes suas libens senatus in medium protulit:

L. FLORI.

*nec prater quod in bullis singulisq; annulis erat, quicquã
 sibi auri reliquere. Eques securus exemplum, imitat eque
 equitem tribus denique vix sufficere tabulæ vix scriba-
 rum manus, Lenino Marcelloque cõsulibus, cum privatæ
 opes in publicum deferrentur. Quid autem in eligendis
 magistratibus? quæ centuriarum sapientia? cum iuniores
 a senioribus, cõsiliu de creãdis cõsulibus petiuere. Quip-
 pe aduersus hostem toties victorem, tam calidum nõ vir-
 tute tantum, sed suis etiam pugnare consilijs oportebat.
 Prima redeuntis, & vt sic dixerim, reuisceris imperij
 spes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale victoriã cõ-
 mensus est, nõ velle pugnare. Hinc illicognoem nouum,
 & Reip. salutare, cuctator. Hinc illud expopulo, vt impe-
 rij scutu vocaretur. Itaq; per Samniu totũ, per Falernos
 Gauranosq; saltus sic maceravit Hannibalẽ, vt qui frã-
 gi virtute non poterat, mora cõminueretur. Inde Clau-
 dio Marcello duce etiã congredi ausus est: cõminus ve-
 nit, & pepulit e cãpania sua, & ab obsidione Nolæ vrbis
 excussit. Ausus & Sëpronio Graccho duce per Lucaniã
 sequi, & premere terga cedentis: quannistunc (õ pudor)
 manu seruili pugnaret. Nam hucusq; tot mala cõpule-
 rant: sed libertate donati, fecerant de seruitute Romanos.
 O horribilem in tot aduersis fiduciam, õ singularẽ animũ
 ac spiritũ populi Romani in tam arctis afflictiõsq; rebus
 quũ de Italia sua dubitaret, ausus est tamẽ in diuersa res-
 picere: dumq; hostes in iugulo per Cãpaniã Apuliãq; vo-
 litarent, mediãq; iam de Italia Africã facerent, eodem
 tẽpore & hũc sustinebat, & in Sicilia, Sardinia, Hispa-
 niã, diuisa per terrarũ orbẽ arma mittebat. Sicilia mã-
 data Marcello, nec diu restitit. Tota enim insula in vna
 vrbe superata est. Grande illud, & ante id tẽpus in uictũ
caput*

caput Syracusa, quanuis Archimedis ingenio defende-
rentur, aliquando cesserunt. Longe illi triplex murus,
toridemque arces: portus ille marmoreus, & fōs celebra-
tus Arcthusa, quid haectenus profuere, nisi ut pulchri-
tudini victæ Urbis parceretur? Sardiniam Gracchus ar-
ripuit: nihil illi gentium feritas, insanorumque (nam sic
Vocantur) immanitas montium profuere. Senium in
Urbes, Urbemque Urbium Caralim, ut gens contumax, vi-
isque moris, saltem desiderio patrii soli domaretur. In
Hispaniam missi & Cneus, & Publius Scipiones, spem
totam Pœnis eripuerant, sed insidijs Punica fraudis op-
pressi rursus amiserunt, magnis quidem illi præiis, quū
Punicas opes cecidissent: sed Punica insidiæ alierū fer-
ro castra metātem, alterum quum euasisset inturrim,
cinctum facibus oppresserunt. Igitur in Ultionem pa-
tris ac patrii missus cum exercitu Scipio, cui tam gran-
de de Africa nomen fata decreuerant, bellatricem illam,
viris armisque nobilem Hispaniam, illam seminariam
hostilis exercitus, illam Hannibalis eruditricem (in cre-
dibile dictu) totam à Pyrenæis mōtibz in Herculis co-
lumnas & oceanū recuperavit, nescias citius, an facilius:
quàm velociter, quatuor anni fatentur: quàm facile, vel
vna ciuitas probat. eodem quippe quo obsiſſa est die, ca-
pta est, omenque Africanae victoriæ fuit, quod tam fa-
cile capta est Hispana Carthago. Certum est tamen ad
prestigandā provinciam maxime profecisse singularē du-
cis sanctitatē: quippe qui captiuos pueros puellasque præ-
cipua pulchritudinis barbaris restituerit. ne in conspectū
quidem suum passus adduci, ne quid de virginitatis inte-
gritate delibasse saltem vel oculis videretur. Hac inter
diuersa terrarū populus Romanus: nec ideo tamen Ita-

L. FLORI

lia visceribus inhaerentē sum mouere poterat Hannibalē
 Carthaginiensem. Pleraq; ad hostem defecerant, & dux
 acerrimus contra Romanos Italicis quoq; viribus uteba-
 tur. Iam tamen cum plerisq; oppidis & regionibus excus-
 seramus. Tarentinus ad nos redierat. Iam & Capua, se-
 des & domus & patria altera Hannibalē, tenebatur: cu-
 ius amissio tantum Pœno duci dolorē dedit, ut inde totis
 viribus in Romam conuerteretur. O populi dignū iorbis
 imperio, dignum omnium fauore, & administratione ho-
 minū ac deorū. Compulsus ad vltimos metus, ab incepto
 non destitit, & de sua vrbe sollicitus, Capuā tamē non o-
 misit, sed parte exercitus sub Appio cōsule relicta, parte
 Flaccū in urbem se iuncta, absens simul presensq; pugna-
 bat. Quid ergo miramur? Mouenti castra à tertio lapide
 Hannibali, iterum ipsos deos, deos inquam (nec facerī pu-
 debit) restitisse. tāta enim ad singulos illius motus vis in-
 brium effusa est, tanta ventorū violentia coorta, ut di-
 uinitus hostem sum moueri, non à celo, sed ab vrbe ipsius
 mœnibus & capitolio videretur. Ita q; fugit & cessit, &
 in vltimum se Italicē recepit sinum, quā vrbe tantū non
 adortam reliquisset. Parua res dicitur, sed ad magnani-
 mitatem populi Ro. probandū satis efficax, quod illis ipsis
 quibus obsidebatur diebus, ager quē Hannibal castris in-
 sederat, venalis Romæ fuit, hasta q; subiectus inuenit em-
 ptorem. Voluit Hannibal contra fiduciā imitari, subie-
 cit q; argētarius vrbe tabernis, nec emptor inuentus est:
 ut scias etiā prasagia fati fuisse. Nihil ad tū erat tanta
 virtute, sine tanto fauore deorū. Siquidem ab Hispania
 Hisdrubal frater Hannibalē cum exercitu nouo, nouis
 viribus, noua belli mole veniebat. At tū erat proculdubio,
 si vir ille se cū fratre iunxisset, sed hūc quoq; castra me-

tantem

tantē Claudius Nero cū Linio Salmatore debellat. Nero
 in Ultimo Italiae angulo summouebat Hannibalē, Linius
 in diuersissimam partē, & in ipsas nascentis Italiae fau-
 ces signa conuerterat, tanto, qua omnis longissima Ita-
 lia solo interiacet. Quo consilio, qua celeritate consules
 castra coniunxerint, inopinantemq; hostem collatis si-
 gnis compresserint, neq; id fieri Hannibal senserit, dif-
 ficile dictu est: certe Hannibal re cognita, quum proie-
 ctū fratris caput ad sua castra vidisset, Agnosco, inquit,
 infelicitatem Carthagini. Hæc fuit illius Viri, non sine
 presagio quodam fati imminentis, prima confessio. Iam
 certum erat Hannibalem etiam ipsius confessione posse
 vinci: sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus
 Romanus, magni aestimabat asperrimum hostem in sua
 Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipsam Africā
 tota mole conuersus, imitari cœpit Hannibalē, & Italiae
 suæ clades in Africa vindicare. Quas ille (dyboni) Has-
 drubalis copias? quos Syphacis exercitus fudit? Quæ, quā
 eaque vtriusque castra facibus illatis vna nocte deleuit?
 Denique iā non à tertio lapide, sed ipsas Carthagini per-
 eas obsidione quatiebat, sic factum est, vt inhaerentem at-
 que incubantem Italiae extorqueret Hannibalem. Non
 fuit maior sub imperio Romano dies, quam ille, quum duo
 omnium & antea & postea ducum maximi, ille Italiae,
 hic Hispaniae victor, collatis comminus signis direxere
 aciem. Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus
 pacis. Sict'erunt diu mutua admiratione defixi, vbi de
 pace non conuenit, signa cecimere. Constat vtriusque
 confessione, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse
 pugnari, hoc Scipio de Hannibale, Hannibal de Scipionis
 exercitu predicauerunt. Sed tamen Hannibal cessit,

L. FLORI.

præmiūq; victoria Africa fuit, & sequutus Africam terrarum orbis.

Bellum Macedonicum primum. Cap. VII.

POST Carthaginem vinci neminē puduit. Sequuta sunt statim Africam gentes, Macedonia, Græcia, Syria cæteraque omnia quodā quasi æstu & torrente fortuna. Sic primi omnium Macedones, affectator quondā imperij populus. Itaque quāvis tunc Philippus regno præsideret, Romani tamē dimicare sibi cum rege Alexandro videbantur. Macedonicū bellū nomine amplius quam expeditione gētis fuit. Causa cœpit à fœdere Philippi, quo rex iam pridem dominantem in Italia Hannibalem sibi sociaverat: postea crevit, implorantibus Athenis auxiliū cōtra regis iniurias, cum ille ultra ius victoria, in templis, aras & sepulcra ipsa scuiret. Placuit senatui opē tātis ferre supplicibus. Quippe iam gentiū reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac Vrbe petebant. Primo igitur Leuino consule populus Romanus Ionium mare ingressus, tota Græciæ littora veluti triūphanti classe peragravit. Spolia quippe Sicilia, Hispania, Sardinia, Africa præferbat. Et manifestam victoriam, nata in prætorii puppe laurus pollicebatur. Aderat spē in auxiliū Attalus rex Pergamorum. Aderant Rhodij nauticus populus, quibus à mari consul à terris omnia equis virisq; quatiebat. Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus castris, quum tamē nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerū aspectu, quæ nō spiculis, neq; sagittis, nec vllō Græculo ferro sed in gētibus pilis, nec minorib; adacta gladius ultra mortē patebat. Enimvero Flaminiō duce inuios atea Chaonū mōtes, Pindūq; amnē per abrupta vadentē, & ipsa Macedonia claustra penetrauimus. Introisse, victoria fuit.

Nam

Nam postea nunq̄ ausus congregari rex, ad tumulos quos Cynocephalas vocat, uno, ac ne hoc quidē iusto praelio opprimitur, & illi quidem cōsul pacem dedit, regnūq; cōcessit; mox, ne quid esset hostile, Thebis, & Eubœam, & gras sanctē sub Nabide suo Lacedæmona compefcuit. Græciæ vero veterē statum reddidit, vt legibus viueret suis, & tanta libertate frueretur. Quæ gaudia, quæ vociferationes fuerunt? Quū hoc forte Nemeæ in theatro Quinquenalius ludis à præcone caneretur, quo certauere plausu? quid florum in consulem profuderunt? Et iterū iterumq; præconem reperere illā vocē iubebāt, qua libertas Achæiæ pronuntiabatur: nec aliter illa consulari sententia, quā modulatisimo aliquo tibiarū aut fidu cantu fruebantur.

Bellum Syriacum regis Antiochi. Cap. VIII.

MACE DO Nicam statim & regem philippū Antiochus excepit quodam casu, quasi industria sic gubernāte fortuna, vt quemadmodū ab Africa in Europam, sic ab Europa in Asiam, vltro se suggerentibus causis, imperiū procederet, & cū terrarū orbis situ ipse ordo victoriarum nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellū fuit. Quippe cum Persas & Orientem, Xerxē atq; Dariū cogitarent, quando perfossi inuij mōtes, quando velis operiū mare nunciaretur, vt hos cœlestes minæ territabant, quum humore continuo Cumanus Apollo sudaret? Sed hic fauentis Asiæ suæ numinis timor erat. Sed nec sane viris, opibus armisque quicquam copiosius Syriæ: sed in manus tam ignaui regis inciderat, vt nihil fuerit in Antiocho speciosius, quam quod à Romanis vietus est. Impulere regem in id bellum, illinc Thoas Aetoliæ princeps, inhonoratam apud Romanos querens aduersus Macedones militiæ suæ societatem: hinc Hannibal,

bal, qui in Africa victus, profugus, & pacis impacius, hos-
 ite populo Romano toto orbe querebat. Et quod illud fuisset
 periculum, si se consilijs eius rex tradidisset? si Asia
 viribus vsus fuisset miser Hannibal? Sed rex suis opibus
 & nomine regio fretus, satis habuit bellum mouere. Eu-
 ropa iam dubio procul iure ad Romanos pertinebat. Hic
 Lysimachiam urbem in littore Thracio positam à maio-
 ribus suis, Antiochus vt hereditario iure repetebat. Hoc
 velut sydere Asiatici belli mota tempestas, & maximus
 regū conuentus, fortiter indicto bello, quū ingenti stre-
 pitu ac tumultu mouisset ex Asia, occupatis statim insu-
 lis. Græcisq; littoribus, ocia & luxus tanquā victor agi-
 tabat. Eubœam insulam continenti adherentē tenui fre-
 to, reciprocantibus aquis Euripus abscidit. Hic ille posi-
 tis aureis sericisq; tentorijs sub ipso freti murmure, quū
 inter fluentia ribijs fidibusq; concineret, collatis vndique,
 quanuis per hyemem, rosis, ne cum aliquo ducum genere
 agere videretur, virginū puerorumq; delectus habebat.
 Talem ergo regē, iam sua luxuria debelatuū, populus Ro-
 manus Attilio Glabrione cōsule in insula aggressus, ipso statim
 aduētus sui initio coegit ab insula fugere. Tam præcipuē
 apud Thermopylas assequutus locum, CCC. Laconū spe-
 ciosa cade memorandum, ne ibi quidem fiducia loci resi-
 stentem, mari ac terra cedere coegit. Statim & euestigio-
 nur in Syriā. Classis regia Polyxenidi Hannibaliq; cō-
 missa, nam rex præliū nec spectare poterat. Igitur duce
 Aemilio Regillo à remigantibus Rhodijs tota laceratur.
 Ne sibi placeant Athenæ, in Antiocho vicimus Xerxēs,
 in Aemilio Themistocle equanimus, Ephesis Salamina
 pensauimus. Consule Scipione, cui frater ille modo victor
 Carthaginius Africanus voluntaria legatione aderat,
 debella-

debellari regem placet: & iam toto cesserat mari: sed nos
 inus vltcrius, Mea adrum ad amrem, montesq; Syphilu
 castra ponuntur. Hic rex incredibile dictu quibus auxi-
 lijs, quibus copijs confederat. Trecenta millia peditu, equi-
 tum falcatoruq; curruu non minor numerus. Elephas
 ad hoc immense magnitudinis, auro, purpura, argento, &
 suo ebore fulgentibus, acie veriusq; vallauerat. Sed hec
 omnia praepedita magnitudine sua, ad hoc imbres, qui su-
 bito superfusus mira felicitate Persicos arcus corrupce-
 rat. Primum trepidatio, mox fuga, dehinc triumphus fue-
 runt. Victo & supplici pacem atq; partem regni dari pla-
 cuit, eo libentius, quod tam facile cessisset.

Bellum Aetolicum. Cap. IX.

SYRIACO bello successit, vt debebat, Aetolicu.
 Victo quippe Antiocho, Romano facies Asiatici belli per-
 sequebatur. Ergo Fulvio Nobiliori madara vltio est. Hic
 protinus caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi, ma-
 chinis quatit. Sequuta deditio. Aderant Aetolorum pre-
 cibus Artici, Rhodij: & memineram us auxilij: sic pla-
 cuit ignoscere. Serpit tamen latius in proximos bellum
 omniaq; late Cephaleu, Zacynthos, & quicquid insu-
 laru in eo mari inter Ceraunios montes, iugumq; Maleu,
 Aetolici belli accessio fuerunt.

Bellum Histicum. Cap. X.

HISTRIS sequuntur Aetolos. Quippe bellantes eos
 nuper adiuerant: & initia pugnae prospera hosti fue-
 runt, eademque exitij causa. Nam quum Cn. Manlij ca-
 stra cepissent, opimaeque praedae incubarent, opulantes ac
 ludibundos plerosq; aut vbi essent, praepoolis nescientes,
 Appius Pulcher inuadit, sic cū sanguine & spiritu male
 partiam

LI FLORI.

partem reuoluere victoriam. Ipse rex Apulo equo impositus, quum sub inde crapula & capitis errore lapsaret, captum sese vix & egre postquam experrectus est, didicit.

Bellum Gallogræcum. Cap. XI.

GALLOGRÆCIAM quoque Syriaci belli ruina conuoluit. Egerant inter auxilia regis Antiochi. An fuisset cupidus triumphi Manlius, an eos missos simulauerit, dubium: certe negatus est victori triumphus, quia causam bellum approbavit senatus. Ceterum gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta & adulterata est: reliquæ Gallorum, quibus Brenno duce vastauerant Græciā, mox Orientem sequuti, in media Asia parte etiam sedere. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant, sic illa genuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est. Duobus itaque præliis fusi fugatique sunt: quāuis sub aduentu hostis, relictis sedibus in altissimos se montes recepissent, quos Tolostobogi Tectosagique iam insederant. Vtrinque fundis sagittisque acti, in perpetuam se pacē dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere, cum catenas morsibus & ore tentaissent, cum offocandas inuicē fauces præbuisissent. Nam Orgiagonis regis uxor à Centurione stuprum passa, memorabili exēplo custodia euasit, reuulsamque militis caput ad maritum suum retulit.

Bellum Macedonicum secundum. Cap. XII.

QVVM alia aliaque gentes Syriaci belli sequuntur ruina, Macedonia se rursus erexit. Fortissimū populū memoria & recordatio suæ nobilitatis agnabat, & successerat Philippo filius Perseus, qui semel in perpetuum vitam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. Multo vehementius sub hoc Macedones quam sub patre surgunt. Quippe Thraces in vires suas traxerat. atque ita indu-

Quippe Thracēs in vires suas traxerāt. Atque ita indu-
 stria Macedonū, viribus Thracum, disciplinam Macedo-
 nicam tentauere. Accessit his consiliū ducis, qui sitū
 regionum suarū de summo speculatus Hemo, positus per
 abrupta castris ita Macedonia suam armis ferroque
 vallauerat, ut non reliquisset aditum nisi à celo videretur
 hostibus videretur. Nam Martio Philippo consule eam
 prouintiam ingressus populus Romanus exploratus dili-
 genter accessibus per Astrudem paludem, per acerbos
 dubiosque tumulos, illa quæ volucris quoque videban-
 tur inuia, accessit, regemque securum, & nihil tale me-
 tuentem, subita bellieruptione terruit: cuius tanta trepi-
 datio fuit, ut pecuniā omnem in mare iusserit mergi, ne
 periret: classem cremari ne incēderetur. Paulo cōsule cū
 maiora & crebra essent imposita praesidia, per alius vi-
 as Macedonia depressa est, summa quidem arte & in-
 dustria ducis, cum alia mimatus, alia irrepisset: cuius ad-
 uentus ipse eo terribilis regi fuit, ut interesse non aude-
 ret, sed gerenda ducibus bella mandauerit. Absens ergo
 victus, fugit in maria, insulamque Samothracem, fre-
 tus celebri religione, quasi templa & aræ possent defen-
 dere, quem nec montes sui nec arma poruissent. Nemo
 regum diutius amissæ fortunæ cōscientiam retinuit. Sup-
 plex quum scriberet ad Imperatorem ab illo quo confu-
 gerat templo, nomenque epistolæ notaret suum, regē ad-
 didit. Sed nec reuerentior captæ maiestatis alius Paulo
 fuit, quum in conspectum venisset hostis, in templum re-
 cepit, & in cōuiuijs adhibuit, liberosq; admonuit suos, ut
 fortunā, cui tantū liceret, reuereretur. Inter pulcherri-
 mos hunc quoq; popu. Ro. de Macedonia duxit atq; vidit
 triūphū quippe cuius spectaculo tridū impluerit. Pri-
 mus

IL. FLORI.

mus dies signa tabulasque, sequens arma pecuniisque
transiit, tertius captiuos, ipsumque regem attonitum
adhuc, tanquam subito malo stupentem. Sed multo prius
gaudium victoriae pop. Ro. quam epistolis victoris perce-
perat. Quippe eodem die quo victus est Perseus in Macedo-
nia, Romae cognitum est: duo iuvenes ceciderunt equis apud
Iturna lacum puluere & cruore abluabant. hi nuncia-
uere. Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgo, quod
gemini fuissent: inter fuisse bello, quod sanguine maderet,
& Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

Bellum Illyricum. Cap. XIII.

MACEDONICI belli contagio traxit Illyri-
cos. Ipsi quidem ut Romanum a tergo distringerent a
Perse rege coacti pecunia militauerunt. Sine mora ab A-
nicio praetore subiguntur. Laetordam capiti generis deles-
se suffecit. Statim sequitur aeditio est. Denique hoc bellum
ante finitum est, quam geri Romae nunciaretur.

Bellum Macedonicum tertium. Cap. XIII.

QUODAM fato, quasi ita conuenisset inter Poe-
nos & Macedonas, ut tertio quoque vincerentur, eodem
tempore utriusque arma mouere. Sed prior iugum excutit
Macedo aliquanto quam ante grauior dum contemnitur. Cau-
sa belli prope erubescenda: quippe regnum pariter & bellum
vir. Vltima sortis Andriscus inuaserat, dubium liber an-
seruus, mercenarius certe: sed quia vulgo Philippus, & si-
militudine Pseudophilippus vocabatur, regia forma, regi-
um nomen, animo quoque regio impleuit. Igitur dum haec
ipsa contemnit populus Rom. Inuencio praetore contentus,
virum non Macedonicis modo, sed Thraciae quoque auxi-
liis in gentibus validum, temere tentauit. Inuictus quoque,
non a veris regibus, sed ab illo imaginario & scenico rege

supe-

superatus. Sed consule Metello, amissum cūte regione præ-
torum plenissimo vius est. Nam & Macedoniam serui-
tute multauit, & ducem belli deditum, ab ea ad quæ con-
fugerat, Thraciæ Regulo, in urbem in catenis reduxit.
hæc quoque illi in malis suis indulgentis fortuna, ut de eâ
populus Romanus, quæ si de rege vero triumpharet.

Bellum punicum tertium. Cap. XV. supor

TERTIUM cum Africa bellum. Et tempore exi-
guum fuit (nam quadecimio patitur est). Et in com-
paratione priorum, minimū labore. Non enim tam cum
viris, quam cum ipsa urbe pugnatum est: sed plane ma-
ximo euentu: quippe eo tandem Carthago finita est.

Atque si quis trium temporum momenta consideret,
primum commissum est bellum, profligatū secundo, ter-
tio verò confectum est. Sed huius causa belli, quod contra
fœderis legem, aduersus Numidas quidem semel paras-
set classem & exercitum, frequens autem Masinissæ fi-
nes territoraret. Sed huic bono socioque regi fauebatur.
Quum bellum sederet, de belli fine tractatum est. Cato
inexpiable odio delendam esse Carthaginem, & quum
de alio consuleretur, pronuntiabat Scipio Nasica seruã-
dam, ne metu ablato æmula urbis, luxurians felicitas ur-
bis inciperet. Medium senatus elegit, ut urbs tantum lo-
comoueretur. Nihil enim speciosius videbatur, quam es-
se Carthaginẽ, quæ non timeretur. Igitur Manilio Cen-
sorinoque consulibus, populus Romanus aggressus Car-
thaginẽ, spe pacis iniecta traditam à volentibus classem
sub ipso ore urbis incendit. Tum euocatis principibus, si
saluæ essent vellent, ut migrarent finibus imperatum.
Quod pro rei atrocitate adeo mouit iras, ut extrema
mallerent. Complaratū igitur publice statim, & pari voce
clam.

L. FLORI.

clamatum est, ad arma: seditque sententia quoquo modo
 rebellandum: non quia spes ulla iam superesset, sed quia
 patriam suam mallēt hostiū quam suis manibus euerri.
 Qui rebellantur fuerit furor, vel hinc intelligi potest,
 quod in usum nouæ classis recta domusque reciderūt, &
 in armorum officinis aurum & argentum pro ære fer-
 roque conflatum est, in tormentorum vincula matronæ
 crines suos contulerunt. Mancino deinde consule, terra
 marique seruebat obsidio. Operis portus nudatas, & pri-
 mus, & sequens iam murus, quum tantum Byrsa, quod
 nomen arci fuit, quasi altera ciuitas resistebat. Quāuis
 profligato vrbis excidio, tamen fatale Africæ nomen
 Scipionū videbatur. Igitur in alium Scipionem cōuersa
 Resp. finem belli reposebat. Hūc Paulo Macedonico pro-
 creatū, Africani illius magni filius in decus gentis assu-
 pserat, hoc scilicet fato, ut quā urbem concuſserat auus,
 nepos euerteret. Sed quā maxime mortiferi esse morsus
 solent morientium bestiarum, sic plus negotij fuit cū semi-
 rra ciuitate Carthagine, quā integra. Cōpulsis in vna
 arcē hostibus, portū quoque maris Romanus obsederat.
 Illi alterū ibi portū ab alia vrbis parte foderūt, nec ut fu-
 gerent, sed quia nemo illos nec euadere posse credebatur, in-
 de quasi enata subito classis erupit. Tū interim iā diebus,
 iam noctibus, noua aliqua moles, noua machina, noua per-
 ditiorū hominum manus, quasi ex obruto incendio subita
 de cineribus flāma prodibat. Deploratis nouissime rebus,
 XL se millia virorū dederunt, quod minus credas, duce
 Hasdrubale. Quāto fortius foemina, & vxor ducis, quæ
 comprehensis duobus liberis à culmine se domus in mediū
 misit incendiū, imitata reginā quæ Carthaginem condidit.
 Quanta vrbis deleta sit, ut de cæteris taceam, vel ignium
mora

mora probari potest: quippe per continuos decem & septē dies uix potuit incēdium exīngui, quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant, ut quatenus Urbs eripit Romanus non poterat triumphus, arderet.

Bellum Achaicum, Cap. XVI.

Quasi seculum illud euersionibus urbiū curreret, ita Carthaginiis ruinā statim Corinthus excepit, Achaiae caput, Graeciae decus, inter duo maria Ionium & Aegeum quasi spectaculo exposita. Haec, facinus indignū, ante oppressa est, quam in numero centorum hostium referretur. Criolaius causa belli, qui libertate a Romanis data aduersus ipsos usus est. Legatos Romanos dubium an & manu, certe oratione violauit. Igitur Metello ordinati, cui eū maxime Macedoniae madata est ultio, & hinc Achaicum bellum. At primā Criolai manum Metellus consul per patentes Elidā campos toto cecidit Alpheo. Et vno pro alio peractum erat bellum: iam & urbem ipsam terrebatur obsidio: sed fato rerum cū Metellus dimicasset, ad victoriā Mumius venit. Hic alterius ducis dignitate exercitum sub ipsis Isthimi faucibus fudit, geminosque portus sanguine infecit. Tandem ab incolis deserta ciuitas, direpta primum deinde tuba praecinente deleta est. Quid signorum, quid vestium, quidue tabularum raptum, incensum atque proiectum est? Quantas opes & abstulerit & cremauerit hinc scias, quod quicquid Corinthij eris toto orbe laudatur, incendio superfuisse comperimus. Nā et sic notā preciosorem ipsa opulentissimae urbis fecit iniuria, quia incendio perustis plurimis statuis atque simulachris, eris, auri, argentique venae in commune fluxere.

Res in Hispania gestae. Cap. XVII.

Ut Carthaginē Corinthus, ita Corinthū Numantia se-

L. FLORI.

sequuta est. Nec deinde toto orbe quicquam tam diu in ar-
 mis fuit. Post illa duo clarissima Urbium incendia, late
 atque passim nec per vices, sed simul pariter quasi unum
 undique bellum fuit, prorsus ut inde quasi agitantibus ve-
 tis diffudisse quaedam belli incendia toto orbe videretur.
 Hispania nunquam animus fuit aduersus nos vniuersa
 consurgere, nunquam conferre vires suas libuit, neque aut
 imperare, aut libertatem tueri suam publice. Alioquin
 ita undique mari Pyrenaeoque vallata est. De ingenio si-
 tus ne adiri quidem potuerit. Sed ante à Romanis obsessa
 est, quam se ipsa cognosceret: & sola omnium provincia-
 rum vires suas, postquam victa est, intellexit. In hac pro-
 pe ducentos per annos dimicatum est, à primis Scipio-
 nibus in primum Caesarem Augustum, non continue nec
 coherenter, sed pro ut lacefierant. Nec cum Hispania
 initio, sed cum pœnis in Hispania. Inde contragio & se-
 ries causaque bellorum. Prima per Pyrenaeum iugum
 signa Romana P. & Cn. Scipiones intulerunt, praesertimque
 ingentibus Hannonem & Hasdrubalem fratrem Han-
 nibalis ceciderunt: raptaque erat imperu Hispania, nisi for-
 tissimi viri in ipsa sua victoria oppressi Punica fraude
 cecidissent, terra marique victores. Igitur quasi nouam inte-
 gramque provinciam ultor patris & patris Scipio ille max-
 Africanus inuasit. Isque statim capta Carthagine, &
 alijs Urbibus, non contentus Pœnos expulisse, stipendiariam
 nobis provinciam fecit, omnemque ultraque Iberum subie-
 cit imperio. Primus Romanorum ducum victor ad Gades
 & oceanicam oram peruenit. Plus etiam provinciam retinere,
 quam facere studuit. Itaque per partes iam huc, iam illuc
 missi duces, qui ferocissimos & ad id temporis liberas gen-
 tes adeo impatientes ingi, multo labore, nec incrementis
certa-

certaminibus seruire docuerunt. Cato ille Censorinus
 Celtiberos, id est robur Hispania, aliquot praelijs fregit.
 Gracchus pater ille Gracchorum, eosdem C. & L. Ur-
 bium euryfione multauit. Metellus ille, qui ex Mace-
 donia cognomen meruerat, & Celtibericus fieri, quum
 & Contrebian memorabili cepisset exemplo, Vento-
 brigis maiori gloria pepercit, Lucullus Turdulos, atque
 Vaccos, de quibus Scipio ille posterior, singulari certa-
 mine quum à rege fuisset prouocatus, opima retule-
 rat. Decius Brutus aliquanto latius Gallecos Lusita-
 nosque, cunctis Galacia populos, formidatumque mili-
 tibus flumen Obliuionis, per agratoque victor oceani lit-
 tore, non prius signa conuertit, quam cadentem in maria
 solem, obrutumque aquis ignem, non sine quodam sa-
 crilegij metu & horrore deprehendit. Sed tota certami-
 num moles cum Lusitanis fuit & Numantinis, nec im-
 merito, quippe solis gentium duces contigerunt. Fuisse
 & cum omnibus Celtiberis, nisi dux illius morus initio bel-
 li oppressus esset, summa vir astutia & audacia, si re-
 cessisset Salondicus, qui hastam argenteam quatens ve-
 lut caelo missam, raticinanti similis omnium in se mentes
 conuertit. Sed quum pari temeritate sub nocte castra
 cōsulis adisset, iuxta tentoriū ipsum pilo vigilis exceptus
 est. Ceterum Lusitanos Viriatus erexit, vir calliditatis
 acerrime, qui ex venatore lauro, ex latrone subito dux
 atque imperator, & si fortuna cessisset, Hispania Romul^o,
 nō contentus libertatē suorū defendere per quatuordecim
 annos omnia citra Ultraque Iberū & Tagū igni ferroque
 populatus, castra etiam praetorū, & praesidū aggressus,
 Claudium Vnimanū penē ad internicionē exercitus ceci-
 disse, insignia trabeis & fascibus nostris quae caperat, im-

LI FLORI

monibus suis trophæa fixisset. Tandem eū Fabius Maximus consul oppresserat: sed à successore Seruilio violata victoria est, quippe qui conficiendæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema deditiois agitantem, per fraudem & insidias & domesticos percussores aggressus, hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vincinō potuisse.

Bellum Numantinum. Cap. XV III.

NUMANTIA, quātum Carthaginis, Capuæ, Corinthi opibus inferior, ita virtutis nomine & honore par omnibus, sumūq; si viros æstimes, Hispaniæ decus: quippe que sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium situata, quatuor millibus Celtiberorum, XL millium exercitum, per annos XIII. sola sustinuit: nec sustinuit modo, sed seuius aliquanto perculit: pudendis fœderibus affecta. Nouissime quū inuicta esse constaret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginē euerterat. Nō remere, si fateri licet, vllius causa belli iniustior. Segidenses socios & consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperant: habita pro eis deprecatione nihil valuit, cum se ab omni bellorum contagione remouerēt, in legitimi fœderis precium iussi arma deponere. Hoc sic à barbaris acceptū, quasi manus abscederētur. Itaq; statim Megara viro fortissimo duce ad arma conuersi, Pōpeiū prælio aggressi, fœdus tamen maluerūt, cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinū, hūc quoque æsiduis cædibus ita subegerunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret: tamen cum hoc quoque fœdus malueret, contenti armorum manubijs, quū ad internicionem seuire potuissent. Sed non minus Numantini quam Claudii illius fœderis flagrans ignominia, ac pudore populus Romanus dedecus quidē præsentem Scipione

ris flagitij, deditioe Mancini expulit: ceterum duce Scipione Carthaginus incendijs ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in Urione excanduit. Sed tunc acrius in castris, quam in campo, nostro cum milite, quam cum Numantino preliadum fuit. Quippe assiduis & iniustis, & seruilibus maxime operibus attriti, ferre plenius valium, qui arma nescirent; luto inquinari, qui sanguine nolent, iubebantur. Ad hoc scorra, & calones, sarcinae nisi ad usum necessaria, amputantur. Tanti esse exercitum, quanti Imperatorem, vere prodium est. Sic redacto in disciplinam milite, commissa acies: quodque nemo visurum se unquam sperauerat, factum est, ut fugientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam sese volebat, si toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio vera velleret & sine exceptione victoriam, eo necessitatum compulsi, primum, ut destinata morte in prelium ruerent, quum sese prius epulis, quasi in ferijs impleuissent, carnis semicrudae, & Calix, sic vocant indigenae ex frumento porcionem. Intellectum ab Imperatore consilium. Itaque non est permissa pugna morituris: quum fossa, atque loca, quatuorque castris circumdatos, fame premeret, ab duce orantes prelium, ut tanquam viros occideret. Sed ubi non impetrabant, placuit enuprio. Sic conserta manu plurimi occisi, & quum iungeret fames, aliquantisper inde vixere. Nouissime consilium fuga sedit, sed hoc quoque ruptis equorum cingulis uxores ademere, summo scelere per amorem. Itaque etiam exitu deplorato, in ultimam rabiem furoremque conuersi, postremo mori hoc genere destinarunt. Duces suos, seque, patriamque ferro, & veneno, subiectoque undique igne peremerunt. Macte esse fortissimam, & meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitatem

.II. FLORI.

asseruit, quum fide socios, populum orbis terrarum viri-
bus fultum, sua manu etate tam longa sustinuit. Nouis-
sime maximo duce oppressa ciuitas nullum de se gaudiū
hosti reliquit. Vnus enim Vir Numantinus non fuit qui
in carenis duceretur: præda ut de pauperibus nulla arma
cremauerant. Triumphus fuit tantum de nomine.

Anacephalæosis. Cap. X. X.

HACTENUS populus Ro. pulcher, egregius, pius,
sanctus atque magnificus. Reliqua secula ut grandia
æque, ira vel magis turbida & fæda, crescentibus cum ipsa
magnitudine imperij virtijs: adeo ut si quis hanc terram
eius ætatem transmarinam, quam ducentorum annorum
fecimus, diuidat, centum hos priores, quibus Africam, Ma-
cedoniam, Siciliam, Hispaniã domuit, aureos (sicut poëta
canunt) iure meritoque fatatur: centum sequentes, fer-
reos planè & cruentos, & si quid immanius: quippe qui
Iugurthinis, Cimbricis, Mithridaticis, Parthicis bellis,
Gallicis atque Germanicis, quibus calum ipsum gloria as-
cendit, Gracchanas, Drusianasque cædes, ad hæc feruilia
bella miserunt: & ne quid turpitudini desit, gladiatoria
denique, in se conuersis Marianis atque Sillanis, nouissi-
me Pompei & Cæsaris manibus quasi per rabiem & fu-
rorem & nefas semet ipse lacerauit. Quæ & si inuoluta
inter se sunt omnia atque confusa, tamen quò melius ap-
pareant, simul & ne scelera virtutibus obstrepant, sepa-
ratim proferentur. Priusquam cœpimus, iuxta illa me-
morabimus, ut & pia cum exteris gentibus bella, &
magnitudo crescentis in dies imperij appareat. Tū ad illa
cruentum scelera, turpesq; & impias pugnas reuertemur.

Bellum Asiaticum. Cap. X. X.

VICTA ad occasum Hispania, populus Ro. ad ori-
entem

entem pacem agebat, nec pacem modo, sed inusitata & incognita quadam felicitate, relicta regis hereditariis opes, & tota in simul regna veniebant. Attalus rex Pergamenorum regis Eumenis filius, socij quondam commilitonisque nostri, testamentum reliquit: Populus Ro. bonorum meorum heres esto. In bonis regis haec fuerunt. Adita igitur hereditate, provinciam populus Ro. non quidem bello, nec armis, sed (quod est equius) testamenti iure retinebat. Sed hanc difficile dictu est verum facilius amiserit populus Ro. an recuperauerit. Aristonicus regis sanguinis ferrox iuuenis, vrbes regibus parere consuetas, partim facile sollicitat, paucas resistentes, Mindum, Samon, Colophonem vi recepit. Crassi quoque praetoris caecidit exercitum, ipsum quoque cepit. Sed ille memor & familiae & Romanorum iniuriam, custodem sui barbaram virgula excecat, in exitum sui, quod uolebat, ita concitat. Mox a Perpenna domitus & captus, & per deditiorem in vinculis habitus. Aquilius Asiatici belli reliquias confecit, mixtus, nefas, veneno fontibus ad deditiorem quarundam urbium, quae res vr maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe quum contra fas deum, moresque maiorum, medicamentibus impuris in id tempus sacrosancta Romana arma violasset.

D iij

L. FLORI.

L. FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITOMES LIB. III.

Bellum Iugurthinum. Cap. I.



AC ad Orientem. Sed non ad meridionalem plagam eadem quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum? Atqui non leuiter se Numidia concussit, & fuit in Iugurtha, quod post Hannibalem timeretur. Quippe rex callidissimus populum Romanum armis inclitum, & inuictum opibus, aggressus est, & citra spem omnium fortuna cessit, ut rex fraude precipuus, fraude caperetur. Hic ano Masinissa, & Micipsa patre per adoptionem, quum interficere fratres statuisset agitated regni cupiditate, nec illos magis quam senatum populumque Romanum, quorum in fide & clientela regnum erat, metueret: primum scelus mandat in fidijs, porusque Hyempsalis capite, quum se in Adherbalem conuertisset, isque Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam senatum. Et hac fuit de nobis eius prima victoria. Missos deinde qui regnum inter illum Adherbalemque diuideret, similiter aggressus, quum in Scauro ipsos Romani imperij mores expugnaasset, inchoatum nefas perfecit audacius. Sed diu non latent scelera. Corrupta nefas legationis erupit, placuitque bello persequi parricidam. Primus in Numidiam Calpurnius Bestia consul immittitur. Sed rex praemonitus fortius aduersus Romanos aurum esse, quam ferrum, pacem emit. Cuius flagitij reus cum interueniente publica fide a senatu accersiretur, pari audacia & venit, & competitorum imperij Masinissae Masiniam immisso percussore

cussore confecit. Hac altera contra regem fuit causa bel-
 landi. Igitur sequens. Utio mandatur Albino. Sed huius
 quoque (pro dedecus) ita corripit exercitum, ut Volunta-
 ria nostrorum fuga vinceret Numida, castrisque potire-
 tur, addito etiam turpi sedere in precium salutis, quem
 quod prius emerat, dimisit exercitum. Eodem tempore in
 Utionem non tam imperij Romani, quam pudoris, Me-
 tellus assurgit, qui callidissime hostem nunc precibus, nunc
 minis, iam quasi simulata vera fuga eludentem, artibus
 suis aggressus est. Agrorum atque vicorum populatione
 non contentus, in ipsa Numidia capita impetum fecit, &
 Zamam quidem frustra diu voluit. Ceterum Thalam,
 grauem armis thesauroque regis, diripuit. Tunc Urbibus
 exutum regem, etiam finium suorum regni que fugit iuu-
 per Mauros atque Getuliam sequebatur. Postremo Ma-
 rius auctis admodum copijs, quum pro obscuritate generis
 sui capite census sacramento adegisset, iam fufum & sau-
 cium regem adortus, non facilius cum vicit, quam si inte-
 grum & recentem. Hic & Urbem Herculi condita Ca-
 psam in media Africa sitam, anguibus arenisq; vallata,
 mira quadam felicitate superauit, & saxeo inditam moti
 Mulucham urbem per Ligurem aditu arduo in accesso-
 que penetravit: mox non ipsum modò, sed Bocchum Mau-
 ritanie regem iure sanguinis Numidiam vindicantem,
 apud oppidum Cirtham grauius cecidit. Qui vbi diffusus
 rebus suis, alienæ cladis acceffionem fieri timens, precium
 fœderis atq; amicitij & regem facit. Sic fraudulentissimus
 regum, fraude soceri sui in insidias deductus est, & Sylle
 in manum traditus. Tandemque opertum ceteris. In gur-
 tham in triumpho populus Romanus aspexit: sed ille quoq;
 quanuis victus & vinctus vidit urbem, quam venalem,

L. FLORI.

Et quandoque perituram, si habuisset emptorē, frustra ce-
cinerat. Tamēn venalis fuisset, habuit emptorē: Et quā
ille non euaserit, certum erit eam non esse perituram.

Bellum Allobrogicum. Cap. II.

SIC ad meridiem populus Romanus. Multo atro-
cius & multipliciter & magis à Septentrione seuitum:
nihil hac plaga infestius, atrox cælum, peruicaci ingenio.
Omni igitur tractu violentus hostis à dextris atque læ-
uis, & medio Septentrionis erupit. Prima trans Alpes
arma nostra sensere Salyi, quum de incursionibus eorum
fidiſſima atque amiciſſima ciuitas Maſſilia quereretur:
Allobroges deinde, & Arueni, quū aduersus eos similes
Heduarum querelæ opem & auxilium nostrum flagita-
rent. Varus victoriæ testis, Isaræque, & Vindelicus a-
mnus, & impiger fluminum Rhodanus. Maximus barba-
ris terror elephantis fœre, immanitati gētium pares. Nil
tam conspicuum in triumpho, quàm rex ipse bis visus dis-
coloribus in armis, argenteoque carpento, qualis pugna-
uerat. Vtriusque victoriæ quod quantumque gaudium fœ-
rit, vel hinc existimari potest, quod & Domitius Aeno-
barbus, & Fabius Maximus ipsis quibus dimicauerant
locis saxæas erexere turres, & desuper exornata armis
hostilibus trophæa fixere: quum hic mos inusitatus fuerit
nostris. Nunquam enim populus Romanus hostibus do-
mitis suam victoriæ exprobrauit.

Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac

Tigurinum. Cap. III.

CIMBRI, Theutoni, atque Tigurini, ab extremis
Galliæ profugi, cum terras eorum inundaſſet oceanus, no-
uas sedes toto orbe querebant: exclusiq; ex Gallia & His-
pania, quum in Italiam remigrarent, miserunt legatos in

castra

castra Syllani, inde ad senatum, petentes ut Martius populus aliquid sibi terra daret quasi stipendium: ceterum, ut vellent manibus atque armis suis vreretur. Sed quas daret terras populus Romanus agrarijs legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur, quod nequiverant precibus, armis petere constituunt. Sed nec primum imperum barbarorum Syllanus, nec secundum Manlius, nec tertium Cæpio sustinere potuerunt. Omnes fugatis exiit castris. Actus erat, nisi Marius illo seculo contigisset. Ille quoque ausus congregi, statim militem tenuit in castris, donec inuita illa rabies, et impetus, quæ pro virtute barbari habet, consenesceret. Recessere igitur increpantes, et cranta erat capie adæ vrbis fiducia) consules si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius quam minaci fuerat, tripartito agmine per Alpes, id est claustra Italia, ferebantur. Marius mira statim velocitate occupatis compendijs præuenit hostem: prioresque Theutonas sub ipsis Alpium radicibus asequutus, in locum, quem Aquas Sextias vocant, qua fide numinæ, prælio oppressit. Vallè flumiñq; hostes tenebant, nostris aquarum nulla copia. consultone id egerit Imperator, an errorem in consiliū verterit, dubiū: certe necessitate acta virtus, causa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu, Viri, inquit, estis: en illic habecis. Itaque tanto ardore pugnatum est, eaq; cades hostiū fuit, ut victor Romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit, quam sanguinis. Barbarorum certe rex ipse Theutobochus quater nos senosque equos transilire solitus, vix vnum quum fugeret ascendit, proximoque in saltu cōprehensus, in signe spectaculū fuit, quippe vir proceritatis eximia super trophæa ipsa eminebat. Sublati fundit Theutonius, in Cumbros conuertitur. Hi iam, quis crederet?

per

L. FLORI.

per hyemem, quæ altius Alpes leuat, Tridentinis iugis in
 Italiam prouoluti ruina descenderant. Aresim flumen
 non ponte, nec nauibus, sed quadam stoliditate barbarica,
 primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem
 manibus & clipeis frustra tentauerant, ingesta obrutum
 sylua transiluerunt: & si statim infesto agmine urbem petis-
 sent, grande discrimen esset. Sed in Venetia, quo ferè
 tractu Italia mollissima est, ipsa soli cœlique clementia
 nobis elanguit. Ad hoc panis usu, carnis coctæ, & dul-
 cedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est.
 Iam diem pugna à Mario Imperatore petierunt, & sic
 proximum dedit. In parentissimo, quem Claudium vocat,
 campo procurrere, millia deinde ad XL. ceciderunt. Hinc
 campus tertio per omnem diem conciditur barbaris. Isti
 quoque Imperator addiderat virtuti dolus, sequutus Ha-
 nibalom artemque Cannarum. Primum nebulosum na-
 ctus diem, ut hosti inopinatus occurreret: tum ventosum
 quoque, ut puluis in oculos & gra ferretur: tum acie con-
 uersa in Orientem, ut, quod ex capitiis mox cognitum
 est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi ardere
 cœlum videretur. Nec minor cum vxoribus eorum pug-
 na, quam cum ipsis fuit, quum obiectis undique plau-
 stris atque carpentis, altæque super quasi è curribus lanceis
 contisque pugnarent. Proinde plus speciosa mors earum
 fuit, quam pugna. Nam cum missa ad Marium legatio-
 ne, libertatem ac sacerdotium non impetrassent, (nefas
 erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis
 concidere vulneribus, aut vinculo è criminibus suis facto
 ab arboribus iugisq; plaustrorum pepederunt. Beleus rex in
 acie dimicans impugnet, nec inultus occubuit. Tertia Tiguri-
 norum manus, quæ quasi subsidio Noricos infederat. Alpi-

tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrocinijs ena-
nuit. Hunc tam letum, tamque felicem libertatis Italiae,
asserique imperij nuntium, non per homines, ut solebat, po-
pulus accepit, sed per ipsos (si credere fas est) deos. Quip-
pe eodem die quo gesta res est, visi pro aede Castoris & Pol-
lucis iuvenes laureati praetori literas dare, frequensque in
spectaculo rumor victoriae Cimbricae feliciter dixit. Quo-
quid admirabilius, quidque insignius fieri potest? Quippe
ut velut elata montibus suis Roma, spectaculo belli inte-
resset, quod in gladiatorio munere fieri solet: vno eodem-
que momento quam in acie Cimbrici occumberent, populus
in vrbe plaudebat.

INX. Bellum Thracium. Cap. III I.
POST Macedonas (si dijs placet) Thracēs rebellabāt,
ipsi quondam tributarij Macedonū: nec in proximas mo-
do provincias cōtēti incurrere, Thessaliā atque Dalmatiā
in Adriaticū mare vsq; venerūt, eoque sine cōtēti quasi
internueniēte natura, cōtorta in ipsas aquas tela miserunt.
Nihil interim per id ōne tēpus residuū crudelitatis fuit in
captiuos se uicribus. Litare dijs sāguine humano, bibere in
ossibus capitū, & huiuscemodi ludibrio fœdare mortē
tā igni quā fumo: partus quoq; gravidarū extorquere tor-
mentis, Soenissimi omnium Thracū Scordisci fuere. Sed
calliditas quoq; ad robur accefferat. Syluarū & mōtiū
situs cū ingenio cōsentiebant. Itaq; nō sūsus modo ab his,
aut fugatus, sed simili prodigio ōmno totus interceptus
exercitus quem duxerat Cato. Didius vagos, & libera po-
pulatione diffusos intra suam repulit Thraciam. Drusus
ulterius egit, & vetuit transire Danubium. Minuti-
us toto vastauit Hebro, multis quidem amissis, dum
per per strictum glacie flumen equitatur. Piso Rhodo-
pēm

per Caucasumque penetravit. Curio Daciae tenus venit, sed tenebras saluum expavit. Appius in Sarmatas usque peruenit, Lucullus ad terminum gentium Tanain, lacumque Maoticum. Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti: quippe in captivos igne ferroque saevitum est. Sed nihil Barbaris atrocius visum est, quam quod abscissis manibus relictis vivere superstites poenae suae videbatur.

Bellum Mithridaticum. Cap. V.

PONTICAE gentes ad Septentrionem in mare sinistrum iacent, à Pontico cognominatae mari. Harum gentium atque regionum rex antiquissimus Atheas, post Artabazes, à septem Persis oriundus. Inde Mithridates omnium longe maximus, quippe quum quatuor Pyrrho, XVII. anni Hannibali succerunt, ille per quadraginta annos restitit, donec tribus in gentibus bellis subactus, felicitate Syllae, virtute Luculli, magnitudine Pompei consumeretur. Causam quidem illius belli praetenderat apud Cassium legatum, at retractari terminos suos à Nicomede Bithynio. Ceterum elatus animis in gentibus, Asiae totius, & si posset Europae cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant nostra vitia. Quippe quum civilibus bellis disiungeremur. Inuitabat occasio, nudumque imperij latus ostendebat procul Marius, Sylla, Sertorius. Inter haec Reip. vulnera, & hostium tumultus, repente quasi captato tempore, in lassos simul atque districtos subitus turbo Pontici belli ab Urma velut specula septentrionis erupit. Primus statim impetus belli Bithyniam rapuit. Asia inde pari terrore correpta est. Nec cunctanter ad regem ab Urbibus nostris populisque desicitum est. Aderat, instabat, saevitia quasi virtute crebatur. Nam quid atrocius uno eius edicto, quum omnes qui in Asia forent Romanae civitatis homines interficere sicut?

Tum quidem domus, templa, & aræ humana omnia at
 quæ diuina iura violata sunt. Sed hic terror Asiae, Euro-
 pam quoque regi aperiebat. Itaque missus Archelaus Ne-
 optolemoque praefectus, excepta Rhoda, quæ pro nobis sin-
 minus sterit cæteris, Cyclades, Delos, Eubæa, & ipsum Græ-
 ciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam iam ipsamque ur-
 bem Romam regius terror afflabat. Ita L. Sylla festinat
 vir armis optimus, parique violentia ruentē ulterius ho-
 stem, manu quæ iam quasi ipsius repulit. Primūq; Athe-
 nas urbem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione
 ac fame ad humanos cibos compulit, sic illos quoque ante,
 mox subrupto Pyraei portu, sex quoque & amplius mu-
 ris, postquam domuerat ingratißimos hominum, ut ipse
 duxit, in honorem tamē mortuorum sacris suis fameque
 donauit. Mox quum Eubæa atque Bœotia præsidia regis
 dispulisset, omneis copias, vno apud Chæroneam, apud Or-
 chomenon altero bello dissipauit: statimque in Asiā trās-
 gressus, ipsum opprimit: & debellatum etiam foret, nisi
 de Mithridate triumphare citio quam vere maluisset. Ac-
 tum quidem hunc Asiæ statum Sylla dederat. Ictum cū
 Pōticis fœdus, recepit Bithyniā à rege Nicomede, ab Ari-
 obarzane Cappadociam: ac sic erat Asia rursus nostra,
 ut coeperat, Mithridates tantū repulso. Itaq; nō fregit ca-
 res Pōticos, sed incēdit. Quippe rex Asiae & Europa quo-
 dammodo inescatus, nō iam quasi alienā, sed quia amise-
 rat, quasi captā belliure repeiebat. Igitur ut extincta
 parum fideliter incendia, maiore flamma reuiscunt: ita
 ille deiregro auctis maiorem in modū copijs, tota denique
 regni sui mole in Asiā rursus mari, terra, fluminibusq;
 veniebat. Cyzicum nobilis ciuitas, arce, mœnibus, portu,
 rursibusq; marmereu, Asiaticæ plagæ litora illustrat.

Hanc

Hanc ille quasi alteram Romam toto inuaserat bello. Sed fiduciam oppidanis resistendi nuncius fecit, docens aduenire Lucullum, qui horribile dictu, per medias hostium naues vires suspensus, & pedibus iter ad gubernas, videntibus procul quasi marina pistrinx evaserat. Mox clade conuersa, cum ex mora obsidentem regem, & ex fame pestilentia videret, recedentem Lucullus assequitur, adeoque occidit, ut Granicus & Asopus amnes cruenti redderetur. Rex callidus, Romam aequi auaricie peritus, spargi a fugientibus sarcinas & pecuniam in Sinu, qua sequentes moraretur. Nec felicior in mari quam in terra fuga. Quippe centum amplius nauium classem, apparatusque belli grauem, in Pontico mari aggressa tempestas, tam fœda strage lacerauit, ut navalis bellum statim efficeret, planè quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisque commercio, debellandum tradidisse regem ventis videretur. Attrita iam omnes validissimi regni vires erant, sed animus malis augebatur. Itaque conuersus ad proximas gentes, totum penè Orientem ac Septentrionem ruina sua inuoluit. Iberi, Caspij, Albani & viri aequi sollicitabantur. Armenia, perque omnia & decus & nomen & titulos Pompeio sua fortuna querebat. Qui ubi nouis motibus ardere Asiam videt, aliosque ex alijs prodire reges, nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte nauibus facto, omnium ante se primus transiit Euphratem, regemque fugientem media nocte Armenia (quanta felicitas viri?) in proelio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & luna in partibus: quippe quasi comilitans, quam a tergo hostibus, a facie Romanis se præbuit. Sed, pontici per errorem longius cadentes umbras suas quasi hostium corpora petebant. Et Michridates quidem nocte illa debellatus est.

Nihil

Nihil enim postea valuit, quanquam omnia expertus, mo-
 re anguiū, qui obrutto capite, postremū cauda minantur.
 Quippe quum effugisset hostem, Colchos, Cilicia quoque
 littora, & campaniā nostram subito aduentu terrere vo-
 luit. mox subruo Pyraei portu, Cholchis tenuis iungere
 Bosphoron, inde per Thraciam, Macedoniam & Graciā
 transilire, sic Italiam nec opinatus inuadere tantum co-
 gitauit. Nam per defectionem ciuium, Pharnacisq; filij
 scelere praeventus, male tentatum veneno spiritū ferro
 expulit. Cui interim Magnus rebelles Asia reliquias se-
 quens, per diuersa gentium terrarumq; volitabat. Nam
 sub Orientē sequutus Armenios, captus in ipso capite gēris
 Artaxatis supplicem in se regnare Tigranē. At in Sep-
 tentrionem Scythiciū iter tanquā in mari stellas sequutus,
 Colchos cūdit, Ignouit Iberia, pepercit Albanis, regem
 Colchorū Orodē positus etiā sub ipso Caucaso castris, ius-
 sit in plana descēdere, Arthocē, qui Iberis imperabat, &
 obsides liberus dare. Orodem etiā remuneratus est, vitro
 ab Albania sua lectulum aurum & alia dona mittentē.
 nec non & in meridie verso agmine, Libanū Syria, Da-
 mascūq; transgressus, per nemora illa odorata, per thuris
 & balsami sylvas Romana signa circumtulit. Arabes si-
 quid imperaret, praesto suere. Hierosolyma defendere re-
 tauerunt Iudei: verū hęc quoq; & intrauit, & vidit illud
 grande impię gentis arcanum patens aureo viticelo. Dis-
 sidētib; de regno fratrib; arbiter factus, regnare ius-
 sit Hircanum. Aristobulo, quia renuebat eam rem, care-
 nas dedit. Sic Pompeio duce populus Romanus totā quā
 latissima est Asiā peruagatus, quam extremā imperij ha-
 bebāt prouinciā, mediā fecit. Exceptis quippe Partis, qui
 fœdus maluerunt, & Indis, qui adhuc nos non nouerant,

omnis Asia inter Rubrum & Caspium & Oceanū Ponticū domita vel oppressa signis tenebatur.

Bellum Piraticum. Cap. VI.

INTERIM dū populis Romanis per diuersa terrarū distractus est, Cilices inuaserunt maria, sublatiſq; cōmercij, rupto fœdere generis humani, sic maria bello, quasi tempeſtate præcluſerunt. Audaciam perditis furioſiſq; latronibus dabat inquieta Mithridatis præ alio Asia, dum sub alieni bellum ulcū, exteriq; regis inuidia impune graſſantur. ac primū dūce Ifodoro contenti proximo mari. Cretā inter atq; Cyrenas, Pyræum & Achaiam, sinūq; Maleū, quē à ſpolijs aureū ipsi vocauerunt, latrocina bātur. Miſſusq; in eos P. Seruilius, quāuis leues & fugaces, & Myoparonas, graui & Marcia claſſe turbaret, nō incruenta victoria ſuperat. Sed nec mari ſubmonitū cōtentus, validiſſimas vrbes eorum & diuina præda abundantes, Phasalim et Olimpon euertit, Iſauronq; ipſā arcē Ciliciæ, vnde cōſcius ſibi magni laboris, Iſaurici cognomē adamauit. Nō ideo tamē tot cladibus domiti, terra ſe cōtinere potuerūt: ſed ut quædam animalia quibus aqua terraq; incolēdi gemina natura eſt, ſub ipſo hoſtis reſeſſu impatiētes ſoli & aquas ſuas reſiluerūt, & aliquāto latius quā pri⁹. Sic felix ille & dignus victoria Pōpeius viſus eſt, et Mithridaticæ prouinciæ facta acceſſio. Ille diſperſam toto mari peſtē ſemel & in perpetuū volēs extinguere, diuino quodā apparatu aggreſſus eſt. Quippe quū claſſibus ſuis, & ſocialib⁹ Rhodiorū abūndaret, pluribus legatis atq; præfeſtis vtraq; Pōti & Oceani ora cōplex⁹ eſt. Gellius Thuſco mari impoſitus, Plocius Siculo, Gratillius Liguſticū ſinū, Pōpeius Gallicū obſedit, Torquatus Balearicū, Tiberius Nero Gaditanū fretū, qua primū maris noſtri limen aperitur. Lē

tulus

*Julius Libicū; Marcellinus Aegyptiū; Pōpēij iuvenes. Adria-
 ticū. Varro Terentius Aegāū & Pōricū & Pamphilū,
 Metellus Asiaticū, Coepio ipſus Propōidis fauces, Porcius
 Cato sic obditis nauibus, quaſi portum obſeruauit. Sic per
 omnis aequoris portus, ſinus, latebras, reſſus, promonto-
 ria, freta, peninſulas, quicquid piratarum fuit, quadā inda-
 gine incluſum & oppreſſum eſt. Ipſe Pompeius in origi-
 nē fontēq; belli Ciliciā verſus eſt. Ne hoſtes detrectare
 certamen, nō ex fiducia, ſed quia oppreſſi erant, auſi vi-
 debantur: ſed nihil tamē amplius, quam vt ad primū ictū
 cōcurreret. Vtōx ubi circumſuſa vndiq; roſtra viderūt:
 ablectis ſtatim telis remisq;, plaſu vndiq; pari, quod ſup-
 plicantibus ſignū fuit, vitā petierūt. Non aliatam incru-
 enta victoria vſi vnquam ſumus, ſed nec fidelior in po-
 ſterū reperta gens vlla eſt. Idq; proſpectū ſingulari cōſi-
 lioducus, qui maritimum genus a conſpectu longe remouit
 maris, & mediterraneis quaſi obligauit. Eodemque tem-
 pore & vſum maris nauibus recuperauit, & terra ho-
 mines ſuos reddidit. Quid prius in hac mirere victoria?
 Velocitatem? quod X. L. die parta eſt: an felicitatem? quod
 ne vna quidem nauis amiſſa eſt: an perpetuitatem? quod
 amplius piratae non ſuerunt.*

Bellum Creticum.

Cap. V II.

*CRETICVM bellum, ſi vera volumus noſcere, nos
 fecimus ſola vincendi nobilem Inſulā cupiditate. Fauiffe
 Mithridati videbatur, hoc placuit armis vindicare. Pri-
 mus inuaſit inſulam M. Antonius, cum ingenti quidem
 victoriae ſpe atque fiducia, adeo vt plures catenas in na-
 uibus quam arma portaret. Dedit uaque penas recor-
 dia, nam pleraſque naues intercepte hoſtes, captiuaque
 corpora religata velis ac funibus, pependere, ac ſic deliſi-*

III. FLORI.

cantes triumphantiū in modū Cretes portibus suis adremi
gauerunt. Metellus deinde totā in sulā igni ferroque popu-
laris, intra castella & vrbes redegit, & Gnoson, & Ery-
thraei, & (ut Graeci dicere solent) vrbiū matrem Cy-
donam: adeoque saepe in captiuos consulebatur, ut Veneno-
se plerique cōficerent, alij deditiōnem suam ad Pompeiū
absentem mitterent. Et quum ille res in Asia gerens, eō
quoq; praefectum misisset Antoniū, in illa prouincia irri-
tus fuit, eoq; infestior Metellus in hostes eius victoris exer-
cuit, victisq; Iasthene & Pandre Cydonae ducibus, victor
rediit, nec quicquam amplius tamen de tam famosa victo-
ria, quā cognomen Creticum reportauit.

Bellum Balearicum. Cap. VIII.

QUATENVS Metelli Macedonici domus belli-
cis nominibus assueuerat, altero ex liberis eius Cretico fa-
cto, mora nō fuit quin alter quoque Balearicus vocaretur.
Baleares per idē tempus insulae piratica rabie corruperāt
maria. Homines feros atq; syluestres mireris ausos a sco-
pulis suis saltem maria prospicere. Ascendēre etiam incō-
ditas rates, & praenavigātes subinde inopinato impetu cer-
ruere. Sed quum Venientē ab alto Romanā classē prof-
pexissent, praedam putantes, ausi etiam occurrere. & pri-
mo impetu ingenti lapidum saxorumque nimbo classē
operuere. Tribus quisq; fundis praeliatur. certos esse quis
miretur ictus, quum haec sola gēti arma sint, id vnum ab
infantia studiū? Cibum puer a matre non accipit, nisi quē
ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione Roma-
nos terruere. Postquam cōminus ventum est, expertique
rostra, & pila venientia, pecudum in morē clamore su-
blato pepierunt fuga littora, dilapsique in proximos rum-
los, quaerendi fuerunt ut vincerentur.

Expeditio in Cypron. Cap. IX.

A D E R A T fatum insularū. Igitur & Cypros recepta sine bello. Insulam veteribus diuitijs abundante. & ob hoc Veneri sacram. Ptolemæus regebat, & diuitiarū tāta erat fama, nec falso, ut victor gentiū populus, & donare regna consuevit, P. Clodio Tribuno duce, socij uniq; regis confiscationem mandauerit. Et ille quidem ad rei famam veneno fata precepit. Ceterū Porcius Cato Cyprus opes Liburnis per Tiberinū ostium inuexit: quæ res latius arariū populi Ro. quàm vllus triūphus impleuit.

Etiam Gallicum.

Cap. X.

A S I A Pompei manibus subacta, reliqua quæ restabant in Europa, fortuna in Casarem transtulit. Restabāt autem immanissimæ gentiū Galli, atq; Germani: & quāuis toto orbe diuisa, tamen qui vinceret, habuit Britannia. Primus Gallie motus ab Heluetijs capit, qui Rhodanum inter & Rhenū siti, nō sufficientibus terris, venere se deceptitū, incensis manibus suis, hoc sacramentum fuit, ne rediret. Sed petito tempore ad deliberandū, quū inter moras Casar Rhodani pōte rescisso abstulisset fugā, statim bellicosissimā gentem sic in sedes suas quasi greges in stabula pastorū deduxit. Sequens longæque cruentior pugna Belgarū, quippe pro libertate pugnantium. Hic quū multa Romanorū militum insignia, tum illud egregiū ipsius ducis, quod mutante in fugam exercitu, rapto fugientis ē manu iuncto, in primā voluās aciem, manu prælium restituit. Inde cū Veneris etiam nauale bellum, sed maior cū Oceano quàm cum ipsis nauibus rixa. Lippe illæ rudes & informes. & statim naufraga, rostra sensissent, sed hærebant in vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur. Illæ

E ij quoq;

quoq; accedere diuersitates pro gētiū locorumq; natura.
 Aquitani callidū genus in speluncas se recipiebant: iussit
 includi, mora dilabebantur in syluas: iussit incendi. Nemo
 tantū feroces dixerit Gallos, fraudibus agunt. Inducio ma-
 rus Treuiros, Ambiorix conuocauit Eburones: Vtriq; ab-
 sente Casare cōiuratione facta inuenere legatos. Sed ille
 fortiter a Dolabella sumotus est, relatūq; regis caput. Hic
 insidijs in valle dispositis, dolo perculit, itaq; castra di-
 repta sunt, & aurum ablatū. Coccum cū Titurio Sabino
 legato misimus. Nec vlla de rege mox vltio: quippe per-
 petua trans Rhenum fuga latuit. Nec Rhenus ergo im-
 munis, nec etiam fas erat vt liber esset receptor hostium
 atq; defensor: sed prima contra Germanos illius pugna
 iustissimis quidē ex causis. Hedui enim de incur sionibus
 eorum querebātur. Quae Aruonisti regis superbia? Quū
 legati dicerēt, Veni ad Casarem: Quis est autē Casar? &
 si vult, veniat, inquit. & quid ad illum quid agat nostra
 Germania? Nū ego me interpono Romanis? Itaq; tantus
 gentis noua terror in castris, vt testamenta passim & in
 principijs scriberētur. Sed illa immania corpora quo erāt
 maiora, eo magis gladijs ferroque patuerūt. Quic calor in
 preliādo militum fuerit, nullo magis exprimi potest, quā
 quod elatis super caput scutis quū se veluti testudine bar-
 barus te geret, super ipsa Romani scuta salierūt, & inde in
 iugulos gladijs descendebant. Iterū vbi de Germanis Ten-
 chteri querebātur. Hic verò iam Casar vltra Mosulam
 nauali ponte transgreditur, ipsumq; Rhenu, & Hercinijs
 hostē querit in syluis. Sed in saltus & paludes genus omne
 diffugerat, tantū pauoris incussit intra ripam subito Ro-
 mana vis, nec semel Rhenus, sed iterū quoq;, et quidē pōte
 factō, penetrat est. Sed maior aliquātō trepidatio, quippe
 quū

quæ Rhenu suu sic ponte, quasi iugo captu videret, fugã
 rursus in sylvas & paludes. Sed quod acerbissimũ Casari
 fuit, non fuere qui vincerentur. Omnibus terra marique
 captis, respexit Oceanum, & quasi hic Romanis orbis nõ
 sufficeret, alterũ cogitavit. Classe igitur cõparata Britã
 niam petit. In Brianniam transit mira celeritate, quippe
 qui tertia vigilia Morino solisset à portu, minus quam
 medio die in sulã ingressus est. Plena erant tumultu hosti
 colittora, & trepidãtia ad conspectum rei nouæ carpẽta
 volitabant, itaq; trepidatio pro victoria fuit: arma & ob
 sides accepit à trepidis: & victrius iisset, nisi improba clas
 sem naufragio castigasset Oceanus. Reuersus igitur ad
 Galliam classe maiore, auctusque copijs, in eundem rursus
 oceanum, eosdemque rursus Britannos Calydonias sequo
 tus in sylvas, unum quoque è regibus Caelanis in vincu
 la dedit. Contentus his (non enim prouincijs, sed nomini suo
 debarur) cũ maiore quàm prius præda reuectus est: ipso
 quoque oceano tranquillo magis & propitio, quasi im
 parem se fateretur. Sed maxima omnium eademque no
 uissima coniuratio fuit Galliarum: quæ omnes pariter Ar
 uernos atque Biturigas, Carnutas simul Sequanosque cõ
 traheret. Ille corpore, armis, spirituque terribilis, & no
 mine quasi terrore composito, Vercingentorix: ille festis
 diebus & comitialibus, quum frequentissimos in lucis ha
 beret, ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit.
 Aberat tunc Cesar, Rauenna delictum agens, & hye
 me creuerant Alpes. Sic interclusum putabant iter. Sed
 ille qualis erat ad nuncium rei felicissima temeritatis?
 Per inuios ad id tempus montium tumulos, per inra
 etas vias & niues, expedita manu emensus, occupat
 Galliam: ex distantibus hybernũ castra contraxit, &

ante in media Gallia fuit, quam ab ultima rimere tur. Tū ipsa capita belli aggressus, vrbes, Anaricū cū quadraginta millibus propugnāt in sustulit, Alexiam ducētorum quinquaginta millium inuenture subnixam flāmis adæquauit. Circa Gergouiam tota belli moles fuit: quippe quā quum LXXX millia muro & arce & abruptis defenderent, maximam ciuitatem vallo, sudibus, & fossa, inductoque fossæ flumine, ad hoc XVIII. castellis, in genti que quasi lorica circumdatā, primū fame domuit: mox audentē eruptiones, in vallo gladijs sudibusque cōcīdit: nominissime in deditiōē redegit. Ipse ille rex, maximū victoriæ decus, supplex cū in castra venisset, tū & phaleras, & arma ante Casaris genua proiecit: Habes, inquit, sortem, Vir fortissime, vicisti.

Bellum Parthicum.

Caput. XI.

CVM Gallos per Casarē in septentrione debellat, interim ad Orientē graue vulnus à Parthis populus Ro. accipit. Nec de fortuna queri possumus, caret solatio clades. Aduersa & dijs & hominibus cupiditas consulis Craasi, dū Parthico inhiat auro, strage XI. legionum, & ipsius capite multata est, quod tribunus plebis Metellus exeuntē ducem hostilibus diris deuouerat, & quū Zeugma transfisset exercitus, raptā subitis signa turbinibus hausit Euphrates: & quū apud Nicephorū castra posuisset, missi ab Orode rege legati denunciauerē, percussorū cum Pompeio fœderum, cum Syllaq. meminisset. Regijs inhiās ille thesauris, nihil ne imaginario quidem iure, sed Seleuciæ se responsurum esse respondit. Itaque dij fœderum Vltiores, nec insidijs nec virtuti hostiū defuerunt. Iam primum qui solus & subuehere cōmeatus, & munire poterat, à tergo relictus, Euphrates, unus simulato transfuga cūdam Me-

Xeræ Syro creditur, quum in mediâ camporū vastitatē eodem duce ductus exercitus, undiq; hosti exponeretur. Itaque vixdū venerat Carras, quum undiq; prefecti regis Sylaces & Surenas ostendēre signa auro sericisq; ve xillis vibrātia. Tum sine mora circumfusi undique equitatus, in modum grandinis atque nimborum densa relapariter fuderunt. Sic miserabili strage delectus exercitus: ipse in colloquium sollicitatus, signo dato viuis in hostium manus incidisset, nisi tribunis reluctantibus, fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic quoque relatum caput ludibrio hosti fuit. Filium ducis penē in conspectu patris eiusdē relis operuere. Reliquia infelicis exercitus, quo quenque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque distracta, vix nuncium cladis retulerunt. Caput eius recisum cum dextera manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit, neque indigno. Aurum enim liquidum in rictum oris infusum est, ut cuius animus arserat auri cupiditate, eius etiā mortuum & exanguē corpus auro vteretur.

Anacephalæosis. Cap. XII.

HAEC est illa tertia aetas populi Rom. trās marina, quā Italia progredi ausus, orbe toto arma circumtulit. Cuius aetatis superiores centū anni, sancti, pi, & (vi dixim⁹) aurei, sine flagitio, sine scelere, dum sincera adhuc & innoxia pastoris illius secta integritas, dumque Pœnorū hostiū imminens metus disciplinā veterē conseruabat. Postremi centum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantiaeque excidijs, & Attaliregis Asiatica hereditate deduximus in Caesarem & Pompeium, sequuntur; hos, de quodicemus, Augustum, ut claritate rerū bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri & erubescēdi. Quippe sicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, vberissimas, validissimasque

L. FLORI.

*masq; prouincias. Armenios etiã. & Britãnos, ut nõ in
 sum, ita ad imperij specie magna nomina acquisisse, pul-
 chrũ atq; decorũ: ita eodẽ tẽpore dimicasse domi cu ciuib⁹,
 socijs, mancipijs, gladiatoribus, totoq; inter se senatu, turpe
 atque miserandum. Ac nescio an satius fuerit populo Ro-
 mano, Sicilia & Africa contentum fuisse, aut hu etiam
 ipsis carere dominantĩ Italia sua, quam eo magnitudinis
 crescere, ut viribus suis conficeretur. Quæ enim res alia
 fuiores ciuiles peperit, quã nimia felicitas? Syria prima
 nos victa corrupit, mox Asiatica Pergameni regis hæ-
 reditas. Illæ opes atq; diuitiæ afflixere seculi mores, mer-
 samque virijs suis quasi sentina rẽpublicã pessundedere.
 Vnde enim populus Romanus agros & cibaria flagitaret,
 nisi per famẽ, quam luxus fecerat? Hinc ergo Gracchana
 & prima & secũda, & illa tertia Apuleiana seditio. Vn-
 de ut regnaret de iudiciarijs legibus diuulsus à senatu
 eques, nisi ex auaritia, ut vectigalia reipublicæ, atq; ipsa
 iudicia in quæstu haberẽtur? Hinc rursus et promissa cui-
 tas Latio, & per hoc arma sociorũ. Quid aut bella seruilia?
 Vnde nobis, nisi ex abudãtia familiarium? Vnde gladiato-
 rij aduersus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum
 plebis fauorem effusa largitio? Quũ spectaculis indulget,
 supplicia quondam hostium artẽ facit. Iam ut speciosiora
 vitia tangamus, nonne ambitus honorum ab iisdem diui-
 tijs incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana potestas:
 aut magnificus apparatus conuiuiorũ, & sumptuosa lar-
 gitio, nonne ab opulentia, paritura mox egestatẽ? Hæc Ca-
 cilinam hostem patriæ suæ impegit. Deniq; illa ipsa prin-
 cipatus & dominandi cupido, vnde, nisi ex nimis opibus
 venit? Hæc Cesarem atque Pompeium furialibus in ex-
 itium reipublicæ faucibus armauit. Hos igitur populi Ro-
 omneis*

omnes domesticos motus separatos ab externis iustisque bellis, ex ordine proficemur.

De legibus Gracchanis. Cap. XIII.

SEDITIONUM omnium causam Tribunitia potestas excitavit, quæ specie quidem plebis tuendæ, cuius in auxilium comparata est, re autem dominationem sibi acquirēs, studium populi ac fauorem agrarijs, frumentarijs, iudiciarijs legibus aucupabatur. Inerat omnibus species equitatis. Quid enim tam iustum, quam recipere plebem ius suum à patribus? ne populus gentium victor, orbisque possessor, extorris aris ac focus ageret? Quid tam æquum, quam inopem populum vivere ex arario suo? Quid ad ius libertatis æquanda magis efficax, quàm ut senatu regente provincias, ordinis equestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur? Sed hæc ipsa in perniciem redibant, & misera respublica in exitium suum marcescerat, & à senatu in equitè translata iudiciorum potestas, vectigalia, id est imperij patrimonium suppresserat, & emptio frumenti ipsos Reip. nervos exhauriebat araria. Reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium eversione, qui sibi pars populi erant? & tamen relictas sibi à maioribus sedes ætate quasi iure hereditario possidebant.

Seditio Tyberij Gracchi. Cap. XIII.

PRIMA Mercaminum facem Tyberius Gracchus accedit, genere, forma, eloquentia facile princeps. Sed hic sine Manciniana deditionis, quia sponsor fœderis fuerat, contigium timens, & inde popularis, sine æquo & bono ductus, quia depulsam agris suis plebem miseratus est, ne populus Romanus gentium victor, orbisque possessor, laribus ac focus suis exularer, aut quacunque mente rem ausus in gente, postquam rogationis dies aderat, ingenti stipatus agm-

L. FLORI.

agmine Rostra conscēdit, nec deerat obuia manu tota inde nobilitas, & tribuni in partibus. Sed ut intercedentem legibus suis Cn. Octavianum vider Gracchus, contra fas collegij, ius potestatis, iniecta manu depulit Rostris, adeoque presenti metu mortis exterruit, ut abdicare se magistratu cogeretur. Sic triumphus creatus diuidendis agris, quibus ad perpetranda cœpta die comitorum prorogari sibi vellet imperium, obuia nobilium manu, eorumque quos agris mouerat, cædes à foro capit. Inde quum in Capitolium profugisset, plebem que ad defensionem salutis suæ manu caput tangens hortaretur, præbuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo, quasi iure oppressus est.

Seditio C. Gracchi. Cap. XV.

STATIM & mortis & legum fratris sui vindex nomine minore impetu incaluit C. Gracchus, qui quum pari tumultu atque terrore plebem in auitos agros arcesseret, & recentem Attali hereditatem in alimeta populo polliceretur, iamque nimius, & potens altero tribunatu, secunda plebe volitaret, abrogare auso legibus suis Minutio tribuno, fretus comitum manu, fatale familiæ suæ Capitolium inuasit. Inde proximorum cæde pulsus, quum se in Auentum recepisset, inde quoque obuia senatus manu, ab Opimio cōsule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquis, & illud sacrosanctum caput Tribuni plebis percussoribus auro pensatum est.

Seditio Apuleiana. Cap. XVI.

NIHIL Ominis Apuleius Saturninus Gracchanas asserere leges non destitit. Tanti animorum viro Marius dabat, qui nobilitati inimicus, consulatu suo præterea cōfusus, occiso palam in comitijs Annio comperitore Tribunatus, subrogare conatus est in eius locum C. Gracchum
homi-

hominē sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiā ipse se adoptat. Quum tot tātisque ludibrijs exultaret impune, rogādīs Gracchorū legibus ita vehemēter incubuit, ut senatū quoque cogeret in verba sua iurare, quū abnuētibus aqua & igni interdiciturū se minaretur. Vnus tamē exiit, qui mallet exiliū. Igitur post Metelli fugā omni nobilitate perculsa iam, quum tertium dominaretur, eō vesaniae progressus est, ut Consularia quoque comitia nona cede turbaret. Quippe ut satellitē furoris sui Glauciacō consulem faceret, C. Memmium competitorē interficijussit, & in eo tumultu regē ex satellitibus suis appellatū latus accepit. Tum vero iam conspiratione senatus, ipso quoque iā Mario consule, quia tueri non poterat, aduerso, directe in foro acies: repulsus inde Capitolium inuasit. Sed quum abruptis fistulis obsideretur, senatūque per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce digressus cum ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione, populus fustibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte laceravit.

Drusiana seditio. Cap. XV II.

POSTREMO Linius Drusus non tribunatus modō viribus, sed ipsius etiam senatus auctoritate, totiusque Italiae cōsensu easdē leges asserere conatus, dum aliud captat ex alio, tantū conflaguit incendiū, ut nec prima illius flamma posset sustineri, & subita morte correptus, hereditarium in posteros suos bellū prorogaret. Iudiciaria lege C. Gracchi diuiserant pop. Romanum, & bicipitem ex vna fecerant ciuitatē equites Romani, tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunāsque patrum, vitasque principum haberent in manu, interceptis vectigalibus, pecularentur sua iure rempublicā. Senatus exilio Metelli, dānatione Rutilij debili-

debilitatus, omne decus maiestatis amiserat. In hoc statu rerum pares opibus, animus, dignitate: unde & nata L. Druso amulatio accesserat, equitem Seruilius Cæpio, senatū L. Drusus afferere: signa & aquila & vexilla aderant, Cæterū sic vrbe in vna quasi in binis castris dissidebatur. Prior Cæpio, in senatū impetu facto, reos ambitus Scaurū & Philipū principes nobilitatis eligit. His vt motibus resisteret Drusus, plebē ad se Gracchanis legibus eisdē socios ad plebem spe ciuitatis erexit. Extat vox ipsius, nihil se ad largitionē vlli reliquisse, nisi si quis aut cœnā diuidere vellet, aut cœlum. Aderat promulgandi dies, quū subito tanta vis hominū, vndique apparuit, vt hostiū aduentu obseſa ciuitas videretur. Ausus tamē abrogare de legibus cōsul Philippus. Sed apprehensū faucibus viator non ante dimisit: quā sanguinis & in ora & in oculos redundaret. Sic per vim datæ iussæque leges. Sed preciiu rogationis statim socij flagitauere: quū interim imparem Drusū, ægrūque rerum tenere motarum, matura, vt in tali discrimine, mors abstulit: nec ideo minus socij promissa Drusi à populo Romana reposcere armis desierunt.

Bellum Sociale. Cap. XV III.

BELLUM quod aduersus socios gestū est, Sociale bellum vocetur licet, vt extenuemus inuidiā: si verū tamē volumus, illud civile bellū fuit: quippe quū populus Ro. Etruscos, Latinos Sabinosque miscuerit, & vnū ex omnibus sanguinē ducat, corpus fecit ex membris, & ex omnibus vnusest. Nec minore flagitio socij intra Italiā: quā intra vrbe ciues rebellabant. Itaque quū Thusciae ciuitates quas viribus auxerant socij, iustissime postularent, ad quā spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat: postquam ille domestico scelere oppressus est, eadem fax quæ illum

illum cremavit, socios in arma & in expugnationem urbis accendit. Quid hac clade tristius? quid calamitosius? quum omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis atque Capania, postremo Italia contra matrem ac parentem suam, urbem consurgeret? quum omne robur fortissimorum fidelissimorumque, sociorum sub suis quisque signis haberet municipalia ista prodigia? Popedius Marfos, & etiam Latinos, Afranius Umbros, Totus senatus & consules Samnium, Lucaniaeque Thelesinus, quum regum & gentium arbiter populus, ipsum se regere non posset, ut victrix Asia Europaeque a Corfinio Roma peteretur. Primum fuit bellum in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Sex, Lucius Caesar, & Martius Philippus consules, inter sacra & aras immolarentur. Postquam id nefas prodicione discussum est, Asculo furor omnis erupit, in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab urbe legatis. Hoc fuit impii belli sacramentum, inde iam passim ab omni parte Italiae, duce & auctore belli discursante Popedio, diuersa per populos & urbes, signa cecinere. Nec Annibalis nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. Ecce Orriculum, ecce Grumentum, ecce Fesulam, Carscoli, reseratam Nuceriae, & Picentiam cedibus, ferro & igne vastantur. Fusa Rutilii copia, fusa Coepionis. Nam ipse Iulius Caesar exercitum amisso, quum in urbem cruentus referretur, miserabili funere media etiam urbem peruiam fecit. Sed magna populi Romani fortuna, & semper in malis maior, totis denovo viribus insurrexit, aggressique, singuli populos, Cato discutit Etruscos, Gabinus, Marfos, Carbo Lucanos, Sylla Samnites. Strabo vero Popedius omnia flammis ferroque popularus, non prius finem caedum fecit, quam Asculi euerfione, manibus tot exercituum consularium, direptarumque urbium dijs litaretur.

Bellum Seruile. Cap. XIX.
VTCVNQVE, etsi cum socijs, nefas, cū liberis
 tamē & in genuis dimicatum est. Quis equo animo ferat
 in principe gentium populo bella seruorum? Primum ser-
 uile bellū inter initia vrbis Herdonio Sabino duce in ipsa
 vrbe tētatum est, quum occupata Tribunitijs seditionibus
 ciuitate Capitolium obseffum est, & à consule captum. Sed
 hic tumultus magis fuit quàm bellum. Mox imperio per
 diuersa terrarum occupato, quis crederet Siciliam multo
 cruentius seruili, quàm Punico bello esse vastatā? Terra
 frugum ferax, & quodāmodo suburbana provincia lati-
 fundijs ciuium Latinorū tenebatur. Hic ad cultum agri
 frequentia ergastula, catenatique cultores materiā bello
 præbuere. Syrus quidam nomine Eunus (magnitudo cla-
 dium facit vt meminerimus) phanatico furore simulato
 dum Syria deæ ceremonias iactat, ad libertatē & arma
 seruos quasi numinum imperio concitauit, id vt diuinitus
 fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure & igne
 stipauerat, leuiter inspirās, flammā inter verba fundebat.
 Hoc miraculum primū duo millia ex obuys, mox iure
 belli refractis ergastulis, quadraginta amplius millium
 fecit exercitū. Regijsque, ne quid malis deesset, decoratus
 insignibus, castella, oppida, vicos miserabili direptione va-
 stauit. Illud quoque in vltimū belli dedecus, capta sunt ca-
 stra prætorum, nec nominare ipsos pudet, castra Manilij,
 Lætuli, Pisonis, Hipsei. Itaque qui per fugitiuos distrahi
 debuissent, prætorios duces profugos prælio ipsi sequeban-
 tur. Tandem Perpenna Imperatore supplicium de eis sum-
 ptū est. Hic enim victos, & apud Ennam nouissime obsef-
 sos, quum fame quasi pestilētia cōsumpsisset, reliquias la-
 tronum cōpedibus catenisq; reliquit, crucibusq; puniuit.

Fuitque de seruis ouatione contentus, ne dignitatem triumphiseruili inscriptione violaret. Vix dum respirauerat insula, cum statim à seruis & à Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, & regium in morem fronte redimita, non minorem quam ille phanaticus prior constat exercitum, acriusque multum quasi & illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in seruos infestius quam in trās fugas seuebat. Ab hoc quoque praetorij exercitus caesi, capta seruili castra, capta Luculli. Sed Aquilius Perpennae vsus exemplo, interclusum hostem com meatibus ad extrema compulit, communitasque copias armis, fame facile deleuit: dedidissentque se, nisi suppliciorum metu voluntariam mortem praetulissent. Ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quantum in manus venerit. Quippe dum circa ad deprehendendum eum multitudo contendit, interrixantium manus praeda lacerata est.

Bellum Spartacum. Cap. XX.

ENI M uero seruilium armorum dedecus feras, nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxij: tamen quasi secundum hominum genus sunt, & in bona libertatis nostrae adoptantur. Bellum Spartaco duce cocitatum, quo nomine appellem nescio. Quippe quum serui militauerint, gladiatores imperauerint: illi infimae sortis homines: hi pessimam auxere ludibrio calamitatem. Spartacus, Chrysus, & Oenomaus, effracto Lentuli ludo, cum septuaginta aut amplius eiusdem fortunae viris eruperunt Capuas, seruisque ad Vexillum & ad auxilium vocatis, quum statim decem amplius millia coissent hominum, non modò effugisse contenti, iam vindicari etiam volebant. Prima velut ara iuris mors

L. FLORI.

Vesunius placuit. ibi quum etiã obsiderentur à Clodio Glabro, per fauces caui montis vitigineis delapsi vinculis ad imas eius descendere radices, & exitu in vno nihil tale opĩ nãtis ducis subito impetu castra rapuere. Inde alia castra. Deinceps Thoram totamque peruagantur Campaniam. Nec Villarum atque vicorum vastatione contenti, Nolã, atque Nuccriam, Thurios atque Metapontũ terribili strage populantur, affluentibus in diem copijs. Quum iã esset iustus exercitus, è viminibus pecudumque regum etis incõditos sibi clypeos, & ferro ergastulorũ recocto, gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iusto deesset exercitui domitis obuijs gregibus paratur equitatus, captaque de prætoribus insignia & fasces ad ducem detulere. Nec abnuuit ille de stipendiario Thrace miles, de milite deserior, inde latro, deinde in honore viriũ gladiator: qui defunctorũ quoque prælio ducũ funera Imperatorijs celebrauit exequijs, captiuosque circa rogum iussit armis depugnare, quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus, si de gladiatore munerator fuisset. Inde iam consulares quoque aggressus, in Apœnino Lentulie exercitũ cecidit, apud Minimã C. Craßicastra deleuit. Quibus elatus victorijs de inuadenda Vrbe Romana, quod satis est turpitudini nostræ, deliberauit: tandẽ etiam totis viribus contra myrmillonem cõsurgitur, pudoremque Romanum Licinius Craßus asseruit, à quo pulsifugatiq; (pudet dicere) hostes in extrema Italiacõ surrexerunt: vbi circa Brucium angulũ clusi, quũ fugã in Sicilia pararẽt, neque nauigia suppetere, ratesque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experirentur: tandẽ eruptione facta, dignã viris obiere mortẽ, & quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissimè

risſime dimicans quaſi Imperator occiſus eſt.

Bellum civile Marianum. Cap. XXI.

HOC deerat vnum populi Romani malis, iam
 vt ipſe intra ſe parricidiale bellum domi ſtringeret, &
 in vrbe media ac foro quaſi arena ciues cum ciuibus ſuis
 gladiatorio more concurrerent. Aequiore animo vt cun-
 que ferrem, ſi plebey duces, aut ſinobiles, mali ſaltem, du-
 catum ſcleri praeuiſſent. Quum vero (proh facinus)
 qui viri? qui imperatores? decora & ornamenta ſeculi ſui
 Marius & Sylla, peſſimo facinori ſuam etiam dignita-
 tem praeuenerunt, tribus, vt ſic dixerim, ſyderibus agita-
 tum eſt. Primo & leui & modico, tumultu maiore qua
 bello, intra ipſos armorum duces ſubſiſtente ſeuitia: mox
 atrocius & cruentius per totius viſcera ſenatus graſſan-
 te victoria. Vltimum non ciuicam modo, ſed hoſtilem
 quoque rabiem ſupergreſſum eſt, quum armorum furor
 totius Italiae viribus niteretur, conſque odijs ſeuiſſimis,
 donec deeſſent qui occiderentur. Initium & cauſa belli,
 inexplebilis honorum Marij ſames, dum decretam Syllae
 provinciam Sulpitia lege ſolicitat: Sed impatiens iniuriae
 ſtatim Sylla legiones circumegit, dilatoque Mithridate,
 Exquillina Collinaque porta geminum agmen vrbi inſu-
 dit. Vnde quum ſubito Sulpitius & Albimonanus obieciſ-
 ſent cateruas, ſudesque & ſaxa vndique a moenibus ac
 tela iacerentur, ipſe quoque iaculatus incendio viam fe-
 cit, arcemque Capitoli, quae Pœnos quoque, Gallos etiam
 Senonas euaserat, quaſi captiuam victor inſedit. Tum ex
 ſenatus conſulto aduerſarijs hoſtibus iudicatis, in praesen-
 tem tribunum aliosque diuerſae factionis iure ſeuitum eſt, Ma-
 rium ſeruilis fuga exemit, immo fortuna alteri bello re-
 ſeruanit. Cornelio Cinna, Cn. Octa, conſulibus male obructis

L. FLORI.

resurrexit incendium, & quidem ab ipsorum discordia, quum
 de reuocandis quos senatus hostes iudicauerat, ad populum
 referretur. Cincti quidem gladijs conciones, sed uincen-
 tibus quibus pax & quies potior, profugus patria sua Cinna
 confugit ad partes: redit ab Africa Marius, ob id maior.
 si quidem carcer, catenae, fuga, exilium, horrificauerat di-
 gnitate. Itaque ad nomen tanti viri late occurritur: seruitia
 (proh nefas) & ergastula armantur, & facile inuenit ex
 exercitu miser Imperator. Itaque uipatriam reposcens, unde
 uisuerat expulsus, poterat uideri iure agere, nisi causam
 suam seruitia corruperet. Sed quum dijs hominibusque infestus
 rediret, statim primo imperii cliens & alumna Urbis Ho-
 stia, nefanda strage diripitur. Mox in urbem quadruplici
 agmine intratur. diuisere copias Cinna, Marius, Carbo,
 Sertorius. Hic postquam manus omnis Octauij depulsa Ia-
 niculo est, statim ad principum eadem signo dato, aliquanto
 seuius, quam aut in Punica, aut in Cimbrica urbe seuitur.
 Octauij consulis caput pro rostris exponitur. Antonij con-
 sularis in Marij ipsius mensis, Caesar & Fimbria in penati-
 bus domorum suarum cruciuntur. Crassi pater & filius
 in mutuo alter alterius aspectu. Bebius, atque Numito-
 rius per medium forum unci traxere carnifon. Catulus
 se ignis haustu ludibrio hostium exemit. Merula flamme Di-
 alis in Capitolio Iouis ipsius oculos uenarum cruore resper-
 sit. Arquarius ipso uidente Mario confosus est, quia fa-
 talem illam scilicet manum non porrexerat salutanti.
 Hac tot senatus funera intra calendas & Idus Ianuarij
 mensis, septima illa Marij purpura dedit. Quid futurum
 fuit, si annum consularis implisset? Scipione Norbanoque
 consulibus tertius ille turbo civilis insanie toto furore de-
 nuit: quippe quum hinc **VII**. legiones, inde quingentae
Cohor

cohortes starent in armis, inde ab Asia cum victore ex-
 ercitu Sylla properaret. & sane cum tam ferus in Sylla
 nos Marius fuisset, quanta saevitia opus erat ut Sylla de
 Mario vindicaretur? Primum apud Capuam sub amne
 Vulturno signa concurrunt, & ibi statim Norbanus usus
 exercitus, statim omnes Scipionis copiae ostentata spe pacis
 oppressae. Tum Marius iuuenis & Carbo consules, quasi
 desperata victoria, ne insulti perirent, sanguine senatus
 sibi parerant, obfessaque curia sic de senatu quasi de car-
 cere qui iugularentur educti. Quid funerum in foro, in cir-
 co, in partibus repletis? Naque Mutinus pontifex
 Vestales amplexus aras, statum non eodem igne sepelitur. La-
 ponius atque Telesinus Samnitum duces atrocius Pyrrho
 & Hannibale Campaniam Hetruriamque populantur,
 & sub specie partium se vindicant. Apud Sacriportum,
 Collinamque portam debellatae omnes hostium copiae. Ibi
 Marius, hic Telesinus oppressi: nec idem tamen cadum,
 quibelli finis fuit. Stricti enim & in pace gladij, animad-
 versusque in eos, qui se sponte dederant. Non minus est quod
 apud Sacriportum, apud Collinam LXX. amplius millia
 Sylla occidit. Bellum erat quatuor millia deditorum iner-
 mium civium in via publica interfici iussit: isti tot in pace
 non plures sunt. Quis autem illos potest computare, quos
 in urbe passim quisquis voluit occidit donec admonente
 Furfidio vivere aliquos debere, ut essent, quibus impera-
 rent, proposita est in gens illa tabula, & ex ipso equestris
 ordinis flore ac senatu duomillia electi, qui mori iuberentur.
 Novi generis edictum: piger post haec referre ludibrio
 habita fata Carbonis, fata Sorani praetoris, atque Venu-
 leij, Bebiium sine ferro ritu ferarum inter manus lacera-
 tum, Marium ducis ipsius fratrem apud Caruli sepulchrum,

oculis, manibus, cruribusque desolis, seruatam aliquandiu
 ut per singula membra moreretur. Positis singulorum
 hominum fere pœnis, municipia Italiæ splendidissima sub
 hasta venierunt, Spoletum, Interamnum, Præneste, Flu-
 entia. Nam Sulmonem verus oppidum socium atque ami-
 cum (facinus indignum) nondum expugnatum, ut obsti-
 des iure belli, & modo morte damnati duci iubentur: sic
 damnatam civitatem iussit Sylla deleri.

Bellum Sertorianum. Cap. XXII.

BELLUM Sertorianum quid aliud quàm Syllanæ
 proscriptionis hereditas fuit? hostile potius, an civile di-
 xerim, nescio, quippe quod Lusitani Celtiberique Romano
 gesserint duce. Exul & profugus feralis illius tabulæ, vir
 summe quidem, sed calamitose virtutis, malis suis maria
 terrasque permiscuit, & in Africa iam & Balearibus in-
 sulis fortunam expertus, missusque in Oceanum, Fortuna-
 tas insulas penetravit: tandem Hispaniam arnavit, ubi
 viro cum viris facile convenit: nec aliter magis aparuit
 Hispani militis vigor, quam Romano duce: quanquam il-
 le non contretus Hispania, ad Mithridatem quoque Ponti-
 cosque respexit, regemque classe iuvit. Et quid futurum fuit
 factis tanto hosti? Vno imperatore resistere res Romana
 non potuit, addidit Merello Cneus Pompeius: hi copias vi-
 ri diu & ancipiti semper acie attrinere, nec tamen prius
 bello quàm suorum scelere & insidijs exinctus. Copias
 eius prope tota Hispania persequuti, diu & ancipiti sem-
 per acie dimicaverunt. Prima per legatos certamina habi-
 ta, quàm hinc Domitius & cohortes, inde Herculeij prætul-
 deret: mox his apud Segoniã, illis apud Anã flumem oppres-
 sis, ipsi duces cõminus invicem experti, apud Lauronẽ atque
 Sucronẽ æquavere clades. Tũ illis ad populationem agrarum
 his ad

bis ad urbium excidia conuersis, misera inter Romanos duces Hispania discordiae poenas dabat, donec oppresso domestica fraude Sertorio, victo deditione Perpenna, ipsae quoque in Romanam fidem venere vrbes, Osca, Terme, Tutia, Valentia, Auxima, & in fame nihil non experta Calaguris. Sic recepta in pacem Hispania, victores duces externum id magis quam civile bellum videri voluerunt, vt triumpharent.

Bellum civile sub Lepido. Cap. XXIII.

MARCO Lepido, Quinto Catulo consulibus, civile bellum pene citius oppressum est, quam inciperet. Sed quantum, lateque fax illius motus ab ipso Sylla rogo exarsit? Cupidus nanque rerum nouarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat, nec immerito, si tamen posset sine magna clade Reipublicae. Nam quum iure belli Sylla dictator proscripsisset inimicos: qui supererant, reuocante Lepido quid aliud quam ad bellum vocabantur? quum damnatorum ciuium bona addicente Sylla, quamuis male capta, iure tamen repetitio eorum procul dubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi agra sauciaque Reipublicae requiescere, quomodo- docunque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo quum turbidis concionibus velut classico ciuitate terruisset, profectus in Ethruriam, arma inde & exercitum vrbi admouerat, Sed iam Miluium pontem collemque Ianiculum Luctatius Catulus, Cneus Pompeius, Syllanæ dominationis duces atque signiferi alio exercitu insederant. A quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisq; a senatu indicatus, in cruenta fuga in Ethruriam, inde Sardiniam recessit: ibiq; morbo & poenitentia interijt. Victores quod non tenuere alijs in ciuilibus bellis, pace contenti fuerunt.

L. FLORI.

L. FLORI GESTORVM ROMANO- RVM EPITOMES LIB. IIII.

Bellum Catilinarium. Cap. I.



CATILINAM luxuria primū, tum hinc cōflata egestas rei familiaris, simul occasio quod in extremis finibus mundi arma Romana peregrinabātur, in nefaria consilia opprimendæ patriæ suæ compulere, senatū confodere, cōsules trucidare, distringere incēdijs vrbe, diripere ærarium, totam denique rempublicā funditus tollere, & quicquid nec Hannibal videretur optasse. Quibus id nefas socijs aggressus est? Ipse patricius, sed hoc minus est, Curijs, Porcijs, Syllæ, Cethegi, Anronij, V arguntei, atque Longini, quæ familiæ? quæ senatus insignia? Lentulus quoq; tunc maxime prætor. hos omnes immanissimi facinoris satellites habuit. Additum est pignus coniurationis, sanguis humanus, quæ circumlatū pateris bibere: summū nefas, nisi amplius esset propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo impetio, nisi illa coniuratio in Ciceronem & Antonium consules incidisset, quorū alter industria rem patefecit, alter manu oppressit. Tantis sceleris indicium per Fulviā emer sit, viliissimū scortum, sed parricidij innocēs. Consul habito senatū in præsentem parricidā reum Cicero peroravit: sed non amplius profectum, quā ut hostis euaderet, seq̃ palam professo incendium suum restincturum ruina minaretur. Et ille quidē ad præparatum à Manio in Ethruvia exercitū proficiscitur, signa illaturus vrbi. Lentulus destinatum familiæ suæ Sibyllinis versibus regnum sibi vaticinans, ad præstiturum à Catilina diem vrbe tota vi

ros, faces, tela disponit: nec civili conspiratione contentus, legatis allobrogum, qui tum forte aderant, in arma sollicitatis. Et isser ultra Alpes furor, nisi altera prodicione, Vulturij prætoris literæ teneretur. Statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus. Palam prætor in senatu conuincitur. De supplicio agentibus, Cæsar parcendū dignitati, Cato animaduertendū pro scelere censebat. Quæ sententiam sequutis omnibus, in carcere parricidæ strangulantur. Quauis parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina non destitit, sed infestis ab Hetruria signis patriam petēs, obuius Antonij exercitu opprimitur. Quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit. Nemo hostium bello superfuit: quem quisque in pugnando ceperat locum, cum amissa anima corpore tegebat. Catilina longe à suis inter hostium cadauera repertus est, pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.

Bellum Cæsaris & Pompeij. Cap. II.

I A M penè toto orbe pacato, maius erat imperiū Romanum, quam ullis externis viribus extinguiposset. Itaque inuidens fortuna principi gætiū populo, ipsum illum in exitium suū armauit: ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra urbem præclusa erat, quasi experiretur. Syllana tēpestus latius intra Italiam tum detonuerat. Cæsar furor atque Pompeij, urbem, Italiam, gentes, nationes, totū denique quæ patebat imperium, quodā quasi diluuius, & cū inflammatione corripuit, ad eū ut non recte tantū civile dicatur, ac ne sociale quidē, sed nec externum, sed potius commune quoddā ex omnibus, & plus quam bellum. Quippe si duces eius inspicias, totus senatus in partibus. Si exercitus, hinc X I, legiones, inde X V I I I, flos omnis & robur Italici sanguinis. Si auxilia sociorū, hinc Gallici Germanique

L. FLOR. I

maniq; delectus: inde Deiotar⁹, Ariobarzanes, Tarchon, Dimotus Corinthius, omne Thraciæ, Cappadociæque, Cilicia, Macedoniæ, Græciæ, Italiæ, totiusque robur Orientis. Si moram belli, quatuor annis: & pro clade rerū breue tempus. Si locum & spacium ubi commissum est, intra Italiam: inde se in Galliam Hispaniamque deflexit. Reuersumque ab occasu, tectis viribus in Epiro Thessaliæque, consedit: hinc in Aegyptum subuo transiit. Inde respexit Asiam, Africæ incubuit. Postremo in Hispaniam remigravit, & ibi aliquando defecit, Sed non & odia partium finita cum bello, non enim prius quieuerunt, quam in vrbe ipsa, medio senatu, eorum qui victi erant, odia, Victoris sese cæde satiarent. Causa tantæ calamitatis eadē quæ omnium, nimia felicitas. Siquidem Quinto Metello & Lucio Afranio consulibus, quum Romana maiestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponticos & Armenios triumphos in Pompeianis theatris Roma cantaret, nimia Pompei potentia apud ociosos (ut solet) ciues mouit inuidiam. Metellus ob imminutum Cretæ triumphum, Caro aduersus potentes semper obliquus, detrectare Pompeium, actisque eius obstrepere. Hic dolor transuersum egit, & ad præsidia dignitatis paranda impulit. Fortè tunc Crassus genere, diuitijs, dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. Caius Cæsar eloquentia, & spiritu, & iam consulatu alienabatur. Pompeius tamen super utrumque eminebat. Sic igitur Cæsare dignitatem comparare, Crasso augere, Pompeio retinere cupientibus, omnibusque pariter potentie cupidis, de inuadenda Republica facile conuenit. Ergo quum mutuis viribus in suum quisque decus initeretur, Galliam Cæsar inuadit, Crassus Asiam, Pompeius Hispaniam, tres maximos exercitus:

citus: Et iam sic orbis imperium societate trium principum occupatur. Decem annos traxit ista dominatio. Exinde quoniam mutuo metu tenebantur, Crassi morte apud Parthos, Et morte Iulie Caesaris filie, quae nupta Pompeio, generi socerique concordiam matrimonij foedere tenebat, statim emulatio erupit. Iam Pompeio suspectae Caesaris opes, Et Caesari Pompeiana dignitas gravis: nec hic ferebat parem, nec ille superiorem, nefas, sic de principatu laborabant, tanquam duos tanta imperij fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque, consulibus rupta prima coniurationis fide, de successione Caesaris senatus, idemque Pompeius agitabat: nec ille abnucebat, si ratio sui proximi comitijs haberetur consulatus. absentem quem decem tribus fauente Pompeio nuper decreuerant, tum dissimulante eodem negabant: veniret, Et peteret maiorem mare. Ille contra flagitare decreta, ac nisi in fide permanerent, non se dimissurum exercitum. Ergo ut in hostem decernitur. His Caesar agitatus, statuit premia armorum armis defendere. Prima civilis belli arena, Italia fuit, cuius arces leuibus praesidijs Pompeius insederat, sed omnia subito Caesaris impetu oppressa sunt. Prima Arimino signa cecinerunt. Tum pulsus Etruria Libo, Umbria Thermus, Domitius Corfinio. Et peractum erat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundisij opprimere, ut coeperat, potuisset. Sed ille per obsessi claustra portus nocturna fuga eua sit. Turpe dictu, modo princeps patrum, pacis bellique moderator, per triumphatum a se mare lacerata Et pene inermi nauis fugiebat. Nec Pompeius ab Italia quam senatus ab urbe fugatur prior: quam pene vacuum metu Caesar ingressus cosulem se ipse facit. Aerarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, iussit effringi censumque Et patre

L. FLORII

Et patrimonium populi Romani ante rapuit quam imperium.
 Pulso fugatoque Pompeio, maluit prius ordinare prouincias,
 quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam annonæ pignora,
 per legatos habuit. Nihil hostile erat in Gallia, pacem
 ipse fecerat. Sed ad Hispanicenses Pompeij exercitus tra-
 seunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est. Mi-
 sera, dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: sed quia
 tutus muris erat, vinciam sibi iussit absenti Græcula ciui-
 tas, non pro mollitia nominis, & Vallum cedere & incēde-
 re machinas ausa, & cōgredi nauibus. Sed Brutus cui mād-
 datum erat bellum, victos terra marique perdomuit: mox
 deditibus sese ablata omnia præter (quam potiore om-
 nibus habebant) libertatem. Anceps Varium que & crue-
 tum in Hispania bellum cum legatis Cn. Pompeij Petreio
 & Afranio, quos Ilerdæ castra habentes, apud Sycorim-
 amnem obsidere, & ab oppido intercludere aggreditur.
 Interim abundantione Verni fluminis, commeatibus prohi-
 bit: sic fame castra tentata sunt, obsefforque ipse quasi ob-
 sidebatur. Sed ubi pax fluminis redijt, populationibus &
 pugna campos aperuit. Iterum ferox instat, & cedentes ad
 Celtiberiam cōsequutus, aggere & Vallo, & per hæc siti ad
 deditiōem cōpulit. Sic citerior Hispania recepta est, nec
 vltior moram fecit. Quid enim vna post quinque legi-
 ones? Itaque vltro cedente Varrone, Gades, fretum, Occa-
 nus omnia felicitatem Cesaris sequibatur. Aliquid tamē
 aduersus absentem ducē ausa fortuna est circa Illyricum
 & Africam, quasi de industria prospera eius aduersis ra-
 deretur. Quippe quum fauces Adriatici maris, iussi occu-
 pare Dolobella & Antonius, ille Illyrico, hi Corcyreo
 littore castra posuissent, iam maria late tenente Pompeio
 repete castra legatus eius Octavius Libo in gētibus copijs
claf-

clasicorum vrinque circūuenit. deditioñ fames extor-
 sit Antonio. Missa quoque à Basillo in auxilium eius ra-
 tes, quales inopia nauū fecerat. noua Pompeianorū arte,
 Cilicum actis sub mare funibus, captae quasi per indagi-
 nē. duas tamen astus explicuit. Vna, quae Opiterginos fe-
 rebat, in vadis hæsit, memorandumque posteris exitum
 dedit. Quippe vix mille iuuenū manus, circumfusi vndiq;
 exercitus per totū diem tela sustinuit, & quū exitū virtus
 non haberet, tamen ne in deditioñ venirent, hortate tri-
 buno Vulteio mutus ictibus in se concurrunt. In Africa
 quoque par & virtus & calamitas Curionis fuit, qui ad
 recipiendā prouinciam missus, pulso fugatoque Varrone
 iam superbus, subitum Iuba regis aduentū, equitatumque
 Maurorum sustinere non potuit. Patebat victo fuga, sed
 pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitū, morte
 sequeretur. Sed iam debitū pari fortuna flagitante, sedē
 bello Pōpeius Epiron elegerat. Nec Caesar moratus, quip-
 pe ordinatis à tergo omnibus, quāuis hyems media prohi-
 beret tempestate, ad bellū nauigauit: positisque ad Oricum
 castris, quū pars exercitus ob inopiam nauū cū Antonio
 dimissa, Brundusij morā faceret, ideo impatiens erat, ut
 ad arcessendos eos, ardere ventis mari, nocte concubia, spe-
 culatorio nauigio, solus ire tentauerit. Extat ad trepidū
 tanto discrimine gubernatorem vox ipsius: Quid times?
 Cesare vehis. Contractus in vnum vndique omnibus co-
 pijs, positisque comminus castris, diuersa erant ducū consi-
 lia. Caesar pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus,
 ostentare aciem, prouocare, laceßere, nunc obsidione ca-
 strorum, quæ erant sedecim millium vallo obducta (sed
 quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copijs a-
 buddarent?) nūc expugnatione Dyrrhachij irrita, quippe
 quam

L. FLORI.

quam vel situs inexpugnabilem faceret: ad hoc assiduis in eruptionem hostium praeliis. Quo tempore egregia virtus Scævæ centurionis emicuit, cuius in scuto centum atque viginti tela sedere. Iam verò direptione urbium sociarum, quibus Oricum & Gomphos, & alia castella Thessalia vastaret, Pompeius adversus hæc ne cedere moras, tergiversari simul, ut hostem interclusum undique inopia comessum terreret, utque ardentissimi ducis consenesceret impetus. Nec diutius profuit duci salutare consilium. Milites otium, socium moram, principes ambitum ducis increpabant. Sic precipitantibus factis, pro alio functa est Thessalia, & Philippicis capis, urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt. Nunquam illo loco tantum virium populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia hinc & illinc pro æteris auxilia regum & senatus. Nunquam imminenti ruina manifestiora prodigia, fuga victimarum, examina, insignes interdum tenebræ. Dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modum placentis circunsonare, & mane cum pullo amiculo (nesas) apud principia conspectus est. Nunquam acrior neque alacrior exercitus Caesaris fuit. Inde classica prius, inde tela: annotatum quoque committentis aciem Crastini pilum, qui mox adactum in os gladio sic inter cadavera repertus, libidinem ac iram qua pugnaverat, ipsa novitate vulneris proferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompeius adeo equitum copia abundaret, ut facile circumventurus sibi Cesarem videretur, circumventus ipse est. Nam quum diu æquo Marte contenderet, iussuque Pompeii fusus à cornu erupisset equitatus, repente hic signo dato, Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Hanc stragem fugientis

fugientis equitatus: leuis armaturæ & ruina comitata est. Tunc terrore latius dato, turbantibus inuicē copijs, reliqua strages quasi vna manu facta est. Nec vlla res magis exitio fuit, quā ipsa exercitus magnitudo. Multus in copraelio Caesar fuit: mediusque inter imperatorem & militē: Voces quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed docta, & ad victoriā efficax: Miles, faciem feri, altera ad iactationem cōposita: Parce ciuibus, quū ipse sequeretur. Felicem vtrūq; in malis Pompeium, si eadē ipsum, quæ exercitum eius, fortuna traxisset, superstes dignitati suæ vixit, vt cū maiore dedecore per Theſſalica Tempore equo fugeret pulsus Larissa: in deserto Ciliciæ scopulo fugā in Parthos, Africam, vel Aegyptū agitarer: vt denique in Pelusiaco littore, imperio vilissimæ regis, consilijs spadonū & ne quid malū desit, Septimij desertoris sui gladio trucidatus sub oculis vxoris suæ liberorumque moreretur. Quis non peractū esse cum Pompeio crederet bellū? Atqui acrius multo atque vehemētius Theſſalici incendiū cineres recaluere. Et in Aegypto quidem aduersus Casarē sine partibus bellum. Quippe quū Ptolemæus rex Alexandriæ summū ciuilibus belli scelus peregiſſet, foedusq; amicitie cū Casare medio Pompei capite sanxiſſet, vltionem clarissimi viri manibus querente fortuna, causa nō defuit. Cleopatra regis soror affusa Casaris genibus, partem regni reposcebat. Aderat puellæ forma, & quæ duplicaretur ex illo, quod talis passa videbatur iniuriam: odium ipsius regis, qui Pompei cædem, partium fato, non Casari dederat, haud dubie idem in ipsum ausurus si expedisset. Quam vbi Casar restitui iussit in regnum, statim ab eisdem percussoribus Pompei obsessus in regia, quāuis exigua manu, ingentis exercitus molem mira virtute sustinuit. Ac pri-

L. FLORI.

mùm ædificiorũ proximorum atque naualium incendio,
 infestorum hostium tela submouit: mox in peninsulam
 Pharon subitus euasit. Inde depulsus in maria, mira feli-
 citate ad proximam classẽ enatauit, relicto quidem in
 fluctibus paludamento, seu fato, seu cõsilio, ut illud ingru-
 entibus hostium telis saxisque peteretur. Tandẽ receptus
 à classicis suis, undique simul hostes adortus, de imbelli ac
 perfida gente iusta generi manibus dedit. Quippe & The-
 odotus magister author totius belli, & ne virilia quidẽ
 porrecta, Photinus atque Ganymedes, diuersi per mare &
 transfugio & morte consumpti. Regis ipsius corpus ob-
 rutum in limo repertum est in aurea lorice honore. In
 Asia quoque nouus rerum motus à Ponto, planè quasi de
 industria captante fortuna hunc Mithridatico regno exi-
 tum, ut à Pompeio pater, à Cæsare filius vinceretur. Rex
 Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia, quam virtutis
 suæ, infestoin Cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæ-
 sar aggressus, vno, & (ut sic dixerim) non toto prælio
 obtriuuit, more fluminis quod vno eodemque momento ve-
 nit, percussit, abcessit. Nec vana de se prædicatio est Cæ-
 saris, antè victum hostẽ esse, quàm visum. Sic cum ex-
 teris. At in Africa cum ciuibus multo atrocius quàm in
 Pharsalia. Huc reliquias partium naufragi quidẽ furoris
 æstus expulerat. Nec reliquias diceres, sed integrũ bellũ.
 Sparsæ magis, quàm oppressæ vires erãt. Auxerat sacra-
 mentum ipsa clades imperatoris. Nec degenerabat ducũ
 successio. Quippe satis ample sonabant in Pompeiani no-
 minis locum Cato & Scipio. Accessit copijs Mauritanus
 rex Iuba, videlicet ut latius vinceret Cæsar. Nihil ergo
 inter Pharsaliam & Thapson, nisi quod amplior, eoque
 acrior Cæsarianorum impetus fuit, indignantium post

Pöpcium creuisse bellum. Deniq; quod aliter nunquã, ante imperiũ ducis sua sponte signa cecinerunt. Strages à Iuba coepit. Et elephantum bellorum rudes, & nuper à sylua, consternati subito clangore, statim & exercitus in fugam, & duces fortius quam ut effugerent, non in conspicua tamen morte omnium. Iam Scipio naue fugiebat, & assequutus hostibus, gladium per viscera exegit. & ubi esset quodam requirente, respödit hoc ipsum, Bene se habet Imperator. Iuba cum se recepisset in regiam, magnifice epulatus, postero die cum Perrcio fugæ comite, super mensas & pocula interficiendum se ei præbuit. Ille & regi suffecit & sibi quum interim semesi in medio cyphi & parentalia feracula regio simul Romanoque sanguine madebant. Cato non interfuit bello, positusque ad Bragadam castris, Vticam velut altera Africa claustra seruabat. Sed accepta partium clade, nihil cunctatus (ut sapiente dignum erat) mortem etiam latus acciuit. Nam postquam filium comites que ab amplexu dimisit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro qui immortalitatem animæ docet, paulum quieuit: tum circa primam vigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel iterumque percussit. Ausi post hoc virum medici violare fomentis. Ille passus dum abscederet rescidit plagas: sequutaque vis sanguinis moribundas manus in ipso vulnere reliquit. Quasi non esset usquam dimicatum, sic arma rursus, & partes: quantoque Africa supra Thessaliã fuit, tanto Africam superabat Hispania, plurimumque fauoris partibus dabat fraternitas ducum, & pro vno duos stare Pompeios. Itaque nusquam atrocius, nec tam ancipiti Marte concursus est. Primum in ipso ostio oceani Varus Didiusque legati conflixere. Sed acrius fuit cum ipso mari, quam inter se nauibus bellum. Siquidem velut furorem

L. FLORI.

ciuium caestigaret Oceanus, vtranque classem naufragio
 cecidit. Quinam ille horror, qui eodem tempore fluctus,
 procellae, armamenta conflagrent? adde situs ipsius for-
 midinem, vergentiam vnum, hinc Hispania, inde Mau-
 ritaniae littora, mare & intestinum & externum, immi-
 nentesq; Hercules speculas. Quae omnia vadiq; simul pra-
 lio & tempestate seuirent, mox circa obsidiones vrbiu-
 vtrinq; discursum est, quae miserae inter hos atq; illos du-
 ces societatis Romanae poenas dabunt. Omnium postrema
 certaminum Munda. Hic non pro cetera felicitate, sed
 anceps & diu triste praeliu, ut plane videretur nescio quid
 deliberare fortuna. Sane & ipse ante aciem maestior non
 ex more Caesar, siue respectu fragilitatis humanae, siue ni-
 miam prosperorum suspectam habens continuatione, vel
 eadem timens, postquam idem esse ceperat quod Pom-
 peius. Sed in ipso praelio, quod nemo vnaquam meminerat,
 quum diu pari Marte acies nihil aliud quam occiderent, in
 medio ardore pugnantium subito ingens, inter vtroque si-
 lentium, quasi conuenissent, hic omnium sensus erat: no-
 vissime illud inuicatum Caesaris oculis nefus, post X IIII.
 annos, probata veteranorum manus gradum retro dedit,
 quod etsi nondum fugerat, apparebat tamen pudore ma-
 gis quam virtute resistere. Ita que ablegato equo, similis fu-
 renti primam in aciem procurrat. Ibi prensare fugien-
 tes, confirmare, per totum denique agmen oculis, mani-
 bus, clamore volitare. Dicitur in illa perturbatione & de
 extremis agita se secum, & ita manifesto vultu fuisse,
 quasi occupare manu mortem vellet, nisi cohortes hostiu
 quinque per transuersam aciem actae, quas Labienus peri-
 elitatis castris praesidio miserat, fuga speciem praebuis-
 sent. Hoc aut & ipse credidit, aut dux callidus arripuit in

occasionem: & quasi in fugientem inuectus, simul & su-
 orum erexit animos, & hostes perculit. Nam hi dum se
 putant vincere, fortius sequi: inde Pompeiani dum fugere
 credunt suos, fugere cœperunt. Quanta fuerit hostiũ ca-
 des, ira rabiesq; victoribus, sic aestimari potest. Hoc à præ-
 lio profugi quũ se Munda recepissent, & Cæsar obsideri
 statim victos imperasset, congestis cadaueribus agger ef-
 fectus est, quæ pilis iaculisq; confixa inter se tenebantur,
 fœdum etiam inter barbaros. Sed videlicet victoriam des-
 perantibus Pompeij liberis, Cneum prælio profugum, cru-
 re saucio deserta & auia petentẽ, Cenonium apud Lauronẽ
 oppidum consequutus, pugnantem, non dum desperantem
 interficit. Sextum fortuna in Celtiberia interim abs-
 condit alijsque post Cæsarem bellis reseruauit. Cæsar in
 patriam victor inuehitur. Primum de Gallia trium-
 phum transmiserat Rhenus, Rhodanus, & ex auro cap-
 tiuus Oceanus. Altera laurus Aegiptia: tunc in ferculis
 Nilus, Arsinoë, & ad simulacrum ignium ardens Pha-
 rus. Tertius de Pharnace currus, & Ponto. Quartus
 Iubam & Mauros, & his subactam ostẽdebat Hispaniã.
 Pharsalia, & Thapsos, & Munda nusquam: & quanto
 maiora erant de quibus non triumphabat? Hic aliquando
 finis armis fuit. Reliqua pax incruenta, pensatumq; cle-
 mentia bellũ, nemo casus imperio præter Afranium. Sa-
 tis ignouerat semel, & Faustum Syllã didicerat genero-
 sum timere, filiamque Pompeij cum patruelibus ex Sylla
 hic posteris cauebatur. Itaque non ingratis ciuibus omnes
 vnum in principem congesti honores, circa templa imagi-
 nes, in theatro distincta radijs corona, suggestus in curia,
 fastigium in domo, mensis in celo, ad hoc pater ipse patriæ,
 perpetuusque dictator. Nouissime, dubium an ipso volen-

L. FLORI.

te, oblata pro Rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia velut infulæ in destinatam morti victimam congeriebantur. Quippe clementiæ principis vicit inuidiam grauisq; erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata est: sed Brutus & Cassius, alijq; patricij cõsenserunt in cædẽ principis. Quanta vis facti? Manauerat latè coniuratio, libellus etiã Cesaridatus eodem die: nec perlitare centum victimis potuerat: venit in curiam tamẽ expeditionem Parthicam meditans: ibi in curuli sedentẽ eum senatus inuasit: tribusq; & viginti vulncribus ad terram datus est. Sicille, qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat, standẽ ipse sanguine suo curiã impleuit.

Cesar Augustus. Cap. III.

POPVLVS Romanus Cesare & Pompeio trucidatis, rediisse in statum pristinæ libertatis videbatur: & redierat, nisi aut Pompeius liberos, aut Cesar hæredem reliquisset: vel, quod vtroque perniciosius fuit, si nõ collega quondam, mox emulus Cesarianæ potentie, fax & turbo sequentis seculi, superfuisset Antonius. Quippe dũ Sextus paterna reperit, trepidatum toto mari, dum Octauius mortẽ patris vlcisitur. Iterum fuit mouenda Thesalia, dum Antonius varius ingenio, aut successorem Cesaris indignatur Octauium, aut amore Cleopatrz defiscit in Regem. nam aliter saluus esse non potuit, nisi cõfugisset ad seruitutem. Gratulandũ tamen in tanta perturbatione est, quod porissimum ad Octauium Cesarena Augustum summa rerum redijt, qui sapientia sua atque solertia, perculsum vndique & perturbatum ordinauit imperij corpus: quod ita hand dubie nunquam coire & cõsentire potuisset, nisi vnus presidis nutu quasi anima & mente regeretur. Marco Antonio & Publio Dolobella
confu-

Consulibus, imperiū Romanum iam ad Cæsares trāsferēte fortuna, varius & multiplex motus ciuitatis fuit: quodq; in annua cæli cōuersione fieri solet, vt mota sydera tonēt, ac suo flexu rēpēstatem significent: sic cū Romana domi nationis, id est humani generis conuersione penitus intremuit, omnique genere discriminū, ciuilibus, terrestribus, ac naualibus bellis omne imperij corpus agitatum est.

Bellum Mutinense. Cap. IIII.

PRIMA ciuiliū motuum causa, testamentum Cæsaris fuit, cuius secundus heres Antonius prælatus sibi Octauium furens, inexpiabile contra adoptionē acerrimi iuuenis susceperat bellum. Quippe cum intra decem & octo annos tenerum, obnoxium & opportunum iniuria iuuenem videret, ipse plane & conuitijs Cæsaris dignitatem, & furtis hereditatem laceraret, ipsum insectari probris, & cunctis artibus cooptationem Iulie gentis cum inhibere non desineret: denique ad deprimendum iuuenem, palam arma moliri, & parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Decimum Brutum obsidebat: Octavius Cæsar etate & iniuria fauorabilis, & nominis maiestate, quod sibi induerat, reuocatis ad arma veteranis, priuatus (quis crederet?) consulem aggredditur, obsidione Mutinæ liberat Brutum, Antonium exiit castris, tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & saucius aquilā à moriete signifero traditam suis humeris in castra referebat.

Triumuiratus. Cap. V.

QVVM solus etiam grauis paci, grauis reipub. esset Antonius, quasi ignis incendio lepidus acceffit, quia cōtra duos exercitus necesse fuit venire in cruentissimi fœderis societate diuersa omnium nota incēdia. Lepidum diuitia-

L FLORI.

rum cupidō, quarum spes ex turbatione reipub. Antonii
 Vltiones de his qui se hostem iudicassent, Cæsare inultus
 pater, & manibus eius graues Cassius & Brutus agita-
 bant. In hoc velut foedus pax inter tres duces cōponitur.
 apud Confluentes inter Perusiam & Bononiam iungunt
 manus, & exercitus consalutant. nullo bono more Triū-
 uiratus inuaditur. Oppressa armis reipub. redit Syllana
 proscripio, cuius atrocitas nihil in se minus habet, quàm
 numerum CXL senatorum. exitus foedi, truces, misera-
 biles, toto terrarum orbe fugientium. Pro quibus quis pro
 indignitate rei non ingemiscat, quum Antonius concedē-
 te Cæsare auunculum suum, Lepidus Lucium Paulum suū
 fratrem proscripserit? Romæ capita cæsorū proponere
 in Rostris iam vsitatum erat: Verum sic quoque ciuitas
 lachrymas tenere nō potuit, quū recisum Ciceronis caput
 in illis suis Rostris videretur, nec aliter ad videndum eū,
 quàm solebat ad audiendū, cōcurreretur. Hæc scelera in
 Antonij Lepidique tabulis, Cæsar percussoribus patris cō-
 tentus fuit. Hæc quoq; nisi vltia fuisset, etiam iusta cades
 haberetur.

Bellum Cassij & Bruti. Cap. VI.

BRVTVS & Cassius sic Cæsarem quasi Tarquinium
 regem depulisse regno videbantur: sed libertatem quam
 maxime restitutam voluerunt, illo ipso parricidio perdir-
 dere. Igitur cade perfecta, quum veteranos Cæsaris, nec
 immeritò, timerent, statim è curia in capitolium cōfuge-
 runt. Nec illis ad vltionem deerat animus, sed ducē non
 habebant. Igitur quum appareret quæ strages reip. immi-
 neret, displicuit vltio cum consulis abolitione decreta. Ne
 tamen publici doloris oculos ferrent, in prouincias ab illo
 ipso quē occiderant Cæsare datas, Syriam & Macedoniā,
 concess-

serunt. Sic vindicta Caesaris dilata potius quam oppressa est. Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut decebar, in Triumuiros republica, relicto ad Urbis praesidium Lepido, Caesar cum Antonio in Cassium Brutumque succingitur. Illic comparatis ingentibus copijs, eandem illam quae fatalis Cn. Pompeio fuit, arenam insederant. Sed nec tum imminuentia cladis destinata signa latuere. Nam & assueti cadauerum pabulo volucres, castra quasi iam sua circumuolabant, & in acie praedecumbibus obuius Aethiops nimis aperte, ferale signum fuit. Ipsique Bruto per noctem, quum illato lumine ex more aliqua secum ageretur, atrae quaedam imago se obtulit, & quae esset interrogata, Tuus, inquit, malus Genius, hoc dixit, & sub oculis mirantis euanuit. Pari in meliora praesagio in Caesaris castris omnia aues victimaeque promiserant. Sed nihil illo praesentius, quam Caesaris medicus somnio admonitus, ut Caesar castris excederet, quibus capi imminebat, ut factum est. Acie namque commissa, quum pari ardore aliquandiu dimicatum foret, & quauis duces non essent tunc praesentes, quum alterum corporis & grauidi, illum metus & ignauia subduxissent, staret tamen pro partibus inuicta fortuna & ultioris, et qui iudicabatur, primum ad eum anceps fuit, & par utriusque discrimen, ut exitus praely docuit. capta sunt hinc Caesaris, castra, inde Cassij. Sed quanto efficacior est fortuna quam virtus? & quam verum est, quod moriens efflauit, Non in re, sed in verbo tantum esse virtutem? Victoriam illi praely error dedit. Cassius inclinato cornu suorum, qui capiti Caesaris castris rapido impetu recipientes se euntes videret, fugere arbitratus, euadit in tumultum: inde puluere & strepitu & iam nocte vicina eximentibus gestae rei sensum, quum speculator quoque in id mihi tardius

renunciaret, transactum de partibus ratus, vni ex proximis auferendum præbuit caput. Brutus quum in Cassio etiam suum animū perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret (ita enim par superesse bello conuenerat) ipse quoque vni comitū suorum confodiendum præbuit latus. Quis sapientissimos viros non miretur ad vltimū nō suis manibus vsos? nisi hoc quoque ex persuasione non defuit, ne violaret manus, sed in abolitione sanctissimarū pietissimarūq; animarū, iudicio suo, alieno scelere vterentur.

Bellum Perusinum. Cap. VII.

ALTERVM bellum concitauit agrorū diuisio, quos Cæsar veteranis in castris precium militiae persoluebat. Semper L. Antonij pessimū ingenium Fulvia gladio cincta virilis militiae vxor agitabat. Ergo depulsos agris colonos incitando, iterū in arma ierat. Hic verò iam nō priuatus, sed totius senatus suffragijs iudicatum hostē Cæsar aggressus, intra Perusie muros redegit, compulsiq; ad extrema deditiois, turpi & nihil non experta fame.

Bellum cum Sexto Pompeio. Cap. VIII.

SVBLATIS percussoribus Cæsaris, supererat Pompeij domus. alter iuuenū in Hispania occiderat, alter fuga euaserat, cōtractisque infelicis belli reliquijs, quum insuper ergastula arma sset, Siciliam Sardiniamq; habebat. Iam & classe medium mare insederat. O quàm diuersus à patre? Ille Cilicas extinxerat, hic secum piratas nauales agitabat. Tanta mole belli penitus in Siculo fretō iuuenis oppressus est: magniq; famā ducis ad inferos secū tulisset, si nihil tentasset vltterius, nisi quod magnæ indolis signū est, sperare semper. Perditis enim rebus profugit, Asiaq; velis petiit, vterus ibi in manū hostiū, & catenas, & quod miserrimū est fortibus viris, ad hostiū arbitrium subpercu-

percuſſore moriturus. Nō alia poſt Xerxem miſerabilior fuga. Quippe modo trecentarum quinquaginta nauium dominus, cum ſex ſeptem de fugiebat, extincto prætorie nauis lumine, annulis in mare abiectis, pauens atque reſpectans, & tamen non timens ne periret.

Bellum Parthicum duce Ventidio. Cap. IX.

QV ANVI Sin Caſſio & Bruto partes ſuſtulſſet, in Pompeio totum partium nomen aboleſſet: nondum tamen ad pacis ſtabilitatem profecerat Cæſar, quum ſcopulus & nodus & mora publica ſecuritatibus ſupereſſet Antonius: nec ille deſuit virtus quin periret: immo omnia expertus ambitu & luxuria, primum hoſtes, deinde ciues, tandem etiam terra ſeculum liberauit. Parthi clade Craſſiana alius animos erexerant, ciuilesque pupuli Romani diſcordias lati acceperant. Itaque ut prima aſſulſit occaſio non dubitauerunt irrumperere: Vltro quidem inuitante Labieno, qui miſſus à Caſſio Brutoque (qui furor ſclerum?) ſolicitauerat hoſtes in auxilium: & illi Pacoro duce, regio iuvene, diſſipant Antoniana præſidia. Caſca legatus ne veniret in poteſtatē à gladio ſuo impetrauit. Denique ablatæ Syria emanabat latius malum, hoſtibus ſub auxiliij ſpecie ſibi vincentibus, niſi Ventidius, & hic legatus Antonij, incredibili felicitate & Labieni copias, ipſumque Pacorum, & omnem Parthicum equitatum toto inter Orontem & Euphratem ſimulate cecidiſſet. Viginti amplius milliū fuit: nec ſine conſilio ducis, qui ſimulato metu adeo paſſus eſt caſtris ſuccedere, donec abſumpto iactis ſpatio, adimeret uſum ſagittarum. Rex fortiſſime dimicans cecidit. Mox circumlato eius per vrbes quæ deſciuerant capite, Syria ſine bello recepta. Sic Craſſianam cladem Pacori cade penſauimus.

Bellum Parthicum cum Antonio. Cap. X.
EXPERTIS inuicem Parthis atque Romanis,
 quum Crassus atque Pacorus utrinque virium mutua-
 rum documenta fecissent, pari rursus reuerentia integra-
 ta amicitia, & quidem ab ipso fœdus Antonio cum rege
 percussum. Sed immensa Vanitas hominis, dum titulorū
 cupidine Araxem & Euphratem sub imaginibus suis la-
 bi concupisset: neque causa, nec consilio, ac ne imaginaria
 quidem belli conditione, quasi hoc quoque ex arte ducis
 esset obrepere, relicta repente cœcitate in Parthos impetū
 facit. Gens præter armorum fiduciam simulat trepida-
 tionem, & in campos fugam. Hic statim quasi victor se-
 quebatur, quum subito nec magna hostiū manus ex im-
 prouiso, etiam in fessos via, sub vespere velut nimbus eru-
 pit, & missis vndique sagittis duas legiones operuerūt.
 Nihil acciderat in cōparationem cladis quæ in posterū diē
 imminebat, nisi interuenisset deū miseratio, Vnus ex
 clade Crassiana Parthico habitu castris adequitat, & sa-
 lute latine data, quū fidem ipse fecisset quid immineret,
 edocuit iam affuturum cum omnibus copijs regem: irent
 retro peterentq; mōres: sic quoq; hostē fortasse nō de fore.
 atque ita sequuta est minor vis hostium, quā imminebat.
 Adfuit tamen: deletæque reliquæ copia foret, nisi virgē
 tibis telis in modū grandinis, quadam sorte quasi doctē
 procubissent in genua milites & elatis super capita seu-
 ris, cæsorū speciem præbuisent. Tum Parthus arcus inhi-
 buit. Deinde Romani quū se rursus extulissent, adeo res
 miraculo fuit, ut vnus ex barbaris miserit vocem: Ite &
 bene valete Romani: merito vos victores fama gentiū lo-
 quitur, qui Parthorū tela fugistis. Nō minor ex aqua post
 ea quā ab hostibus accepta clades. In fest primum siri-
 regio

regio, tum quibusdam Salmacidis fluvius infestior: no-
uissimeque quum iam ab inualidis & amide hauriebatur,
noxia etiam dulces fuere. Mox & ardores per Armeni-
am, & niues per Cappadociam, & verusque caeli subita
mutatio pro pestilentia fuit. Sic dix. tertia parte de XVI.
legionibus reliqua, quum argentum passim dolabris
concideret & subinde inter moras mortem a gladiatore
suo flagitasset, egregius imperator tandem profugit in
Syriam, ubi incredibile quadam mentis discordia fero-
cior aliquanto factus est, quasi vicisset, qui euaserat.

Bellum cum Antonio & Cleopatra. Cap. XI.

FVRROR Antonij quatenus per ambitum non in-
teriret, & luxu & libidine extinctus est. Quippe post
Parthos, quum exosus arma in ocio ageret, captus amo-
re Cleopatrae, quasi bene gestis rebus, in regio se sinu re-
ficiebat. Hec mulier Aegyptia ab ebroio imperatore pre-
cium libidinum Romanum imperium petit. Et promisit
Antonius quasi facilior esset Partho Romanus. Igitur do-
minationem parare, nec tacite, sed patrie, nominis, togae,
fascium oblitus, totus in monstrum illud ut mente, ita
animo quoque cultu que desciverat. Aureum in manu bac-
culum, ad latus & in acie purpurea vestis, in gentibus ob-
stricta gemmis, diadema aderat, ut regina rex ipse frue-
retur. Ad primam nouorum motuum famam Caesar à
Brundisio traiecerat, ut venienti bello occurreret: postitis
que castris in Epiro, Leucadem in sulâ, montemq; Leuca-
dê, & Ambracij sinus carnua infesta classe succinxerat.
Nobis CCCC. amplius naues, CC. non minus hostiû:
sed numerum magnitudo pensabat. Quippe à senis in na-
uenos remorum ordinibus, ad hæc turribus atque tabula-
tis alleuata castellorum & vrbiûm specie, non sine gemi-

tu maris, & labore ventorum ferebantur, quæ quidem
 ipsa moles exitio fuit. Caesaris naues à triremibus in senos
 nec amplius ordines creuerant: itaque habiles in omnia,
 quæ usus poscebat, ad impetus & recursus flexusque capi
 endos, illas graueis, & ad omnia præpeditas, singulas plu
 res adortæ, missilibus simul, cum rostris, ad hoc ignibus
 iactis, ad arbitrium dissipauere. Nec ulla rem magis hosti
 lium copiarum apparuit magnitudo, quam post victoriã.
 Quippe immensa classis naufragio belli facti, toto mari
 ferebatur. Arabumque & Sabæorum, & mille aliarum
 gentium Asia spolia, purpuram aurumque in ripam
 assidue mota veteris maria reuoluebant. Prima dux fugæ
 regina cum aurea puppe, veloque purpureo se in altum de
 dit: mox sequutus Antonius: sed instare vestigijs Caesar.
 Itaque nec preparata in oceanum fuga, nec munita præ
 fidijs utraque Aegypti cornua Paratonium atque Pe
 lusium profuere: prope manum tenebantur. Prior ferrum
 occupauit Antonius. Regina ad pedes Caesaris, prouoluta
 tentauit oculos ducis, frustra, nam pulchritudo intra pu
 dicitiam principis fuit. Nec illa de vita, quæ offereba
 tur, sed de parte regni laborabat. Quod ubi desperauit
 à principe, seruarique se triumpho vidit, incauiorem na
 Et a custodia, in Mausoleum se (sepulchra regum sic vocant)
 recepit: ubi maximo, ut solebat, induta cultu, in differto
 odoribus folio iuxta suum se collocauit Antonium, ad mo
 tumque ad venas serpentes, sic morte quasi sono soluta est.

Bella aduersus gentes exteras. Cap. XII.

HIC finis armorum civilium: reliqua aduersus exte
 ras gentes: quæ districto circa mala sua imperio, diuersis
 orbis oris emicabant. Noua quippe pax: nec dum assuetæ
 frenis seruitutis tumida gentium inflataque ceruices,

ab imposito nuper iugore siliebant. Ad septentrionem cō-
 uersa ferme plaga ferocius agebat. Norici, Illyrij, Pan-
 nonij, Dalmatæ, Mysij, Thraces & Daci, Sarmatæ atq;
 Germani, Noricis animos dabant. Alpes atque niues, quæd
 bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis po-
 pulos, Brennos, Senones atque Vindelicos, per primignum
 suum Claudium Drusum pacavit. Quæ fuerit callidariū
 gentium feritas, facile vel mulieres ostendēre, quæ deficiē-
 tibus telis, infantes ipsos afflictos humo, in ora militū ad-
 uersa miserunt. Illyrij quoque sub Alpibus agunt, imasque
 Valles earū, & quadam quasi claustra custodiūt, abruptis
 torrentibus implicari, in hos expeditionē ipse sumpsit, fie-
 riq; pontē imperauit. Hic se & aquis et hoste turbātibus,
 cunctantū ad ascensum militū scutū de manu rapuit, & in
 via primus, tunc agmine sequuto, quū Illyricus multitu-
 dine pontē succidisset, saucius manibus ac cruribus, specio-
 sior sanguine, & ipso periculo augustior, terga hostiū præ-
 cūdit. Pannonij duobus saltibus, ac tribus fluuijs, Drauo,
 Sauo, Histrog; vallatur: populati proximos, intra ripas se
 recipiebāt. In hos domādos Vibiiū misit, cæsi sunt in vtri-
 usque fluminibus: arma victoriū non ex more belli cremata,
 sed capta sunt, & in profluētes data, ut cæteris qui resiste-
 bāt, victoria sic nūciaretur. Dalmatæ plerunq; sub Syluis
 agunt, inde ad latrocinia præptissimi. Hos iam quidā Ma-
 rius incensa vrbe Delminio quasi detruncauerat. Postea
 Asinius Pollio gregibus, armis, agris multauerat: hic se-
 cūdus orator. Sed Augustus per domādos Vibio mādat:
 qui efferum genus fodere terras cōggit, aurumque venis
 repurgare, quod alioquin gēs omniū cupidissima studiosa
 diligentia acquirit, ut illud in vsus suos seruare videatur.
 Mysij quān feri, quān truces fuerint, quān ipsorū etiā
 barbari

L. FLORI.

barbari barbarorum, horribile dictu est. Unus ducum ante
 aciem postulato silentio: Qui vos, inquit, estis? Respon-
 sum inuicem: Romani, gentium domini. Et illi: Ita, inquit-
 unt, fiet, si nos viceritis. Accepit omen Marcus Crassus.
 Illi statim ante aciem immolato equo concepere votu, ut
 casorum extis ducum & litarent, & vescerentur. Deos
 audisse crediderim, nec tubam sustinere potuerunt. Non
 minimum terroris incussit barbaris Chonidius ceterio, satis
 barbare, efficacis tamen apud pares homines stoliditatis,
 qui focum gerens super cassidem, suscitata motu cor-
 poris flammam velut ardenti capite fundebat. Ante hos
 Thracum maximus populus descuerat. Ille barbarus &
 signis militaribus, & disciplina armis citra Romanis assu-
 euerat. Sed a Pisone per domiti, in ipsa captiuitate rabie
 ostendere: quippe cum catenas morsibus tentarent, feritate
 suam ipsi puniebant. Daci montibus inhaerent. Consonis
 regis imperio, quoties concretus in gelu Danubius iuxerat
 ripas, decurrere solebant, & vicina populari. Visum est
 Caesari Augusto getem aditu difficillimam submouere.
 Misso igitur Lentulo ultra vlioriorem repulit ripam: ci-
 tra praesidia constituit. Sic hinc Dacia non victa, sed
 summoti atque dilata est. Sarmatae patribus campis in-
 quietant: & hos per eundem Lentulum prohibere Danu-
 bio satis fuit, nihil praeter niues rarasque sylvas habent.
 tanta barbaria est, ut pacem non intelligant. Germaniam
 quoque vltimam vincere tanti non putassent: magis turpi-
 ter amissa est, quam gloriose acquisita: sed quatenus scie-
 bar patrem suum Caesarem bis traicteo ponte Rheni que-
 si se bellum, in illius honorem concupit facere provinciam:
 & factum erat, si barbari tam vitia nostra quam impe-
 ria ferre potuissent. Missus in eam provincia Drusus pri-

mos domuit Vesperes, inde Tenetheros percurrit & Car-
 ros. Nam Marcomannorum spolijs insignibus quendam
 editum tumulum in trophæi modum excoluit. Inde vali-
 diſſimas nationes, Cheruſcos, Sueuos, & Sicambros pariter
 aggreſſus eſt. Qui viginti centurionibus incrematis hoc
 velut ſacramento ſumpſerant bellum, adeo certa victoriæ
 ſpe, vt præadam in anteeſſum pactione diuiferunt. Cheruſ-
 ci equos, Sueui aurum & argentum, Sicambri captiuos
 elegerant. Sed omnia retrorſum, Victor nanque Druſus
 equos, pecora, torques eorum, ipſosque præda diuiſit, &
 vendidit. Præterea in tutelam provinciæ præſidia, atque
 provincias vbiq; diſpoſuit. Per Moſam flumen, per
 Albim, per Viſurgim, Per Rheni quidem ripam quin-
 quaginta amplius caſtella direxit, Bonnam & Geſo-
 niam cum pontibus iunxit, claſſibusque firmavit: in-
 uium atque inacceſſum in id tempus Hercynium ſaltum
 patefecit. Ea denique in Germania pax erat, vt mutati
 homines, alia terra, cælum ipſum mitius molliusque ſo-
 lito videretur. Denique non per adulationem, ſed ex
 meritis, deſuncto ibi fortiſſimo iuvene, ipſi, quod nun-
 quam alteri ſenatus, cognomen ex provincia dedit. Sed
 difficilius eſt provincias obtinere, quàm facere. Viribus
 parantur, iure retinentur. Igitur breue id gaudium fuit.
 Quippe Germani victi magis quàm domiti erant, mo-
 resque noſtros magis quàm arma ſub imperatore Dru-
 ſo ſuſcipiebāt. Poſtquam ille deſunctus eſt, Vari Quinti-
 ly libidinem ac ſuperbiam haud ſecus quàm ſauitiam odiſ-
 ſe coeperunt. Auſus ille agere conuentum: & in caſtris ſe
 direxerat, quaſi violentiâ barbarorum & victoris virgis,
 & præconis voce poſſet inhibere. At illi qui iam prædem
 rubigine oblitos enſes, inertesque cernerent equos, vt præ-
 mura

muniti togas & seuiora armis iura viderunt, duce Armi-
 nio arma corripunt, quum interim tanta erat Varo pa-
 cis fiducia, ut ne praedicta quidem & prodita per Segeste
 unum ducum coniuratione commoueretur. Itaque im-
 providum, & nihil tale metuentem improuiso adorti, quum
 ille (ob securitas) ad tribunal citaret, undique inuadunt,
 castra rapiunt, tres legiones opprimuntur. Varus perditas
 res eodem quo Cannensem diem Paulus, & fato est & ani-
 mo sequutus. Nihil illa caede per paludes perque sylvas cru-
 entius, nihil insultatione barbarorum intolerantius: pra-
 ecipue tamen incausarum patronos: alijs oculos, alijs manus
 amputabant: unius os sutum, recisa prius lingua, quam
 in manu tenens barbarus, Tandem, inquit, vipera sibilare
 desiste. Ipse quoque consulis corpus, quod militum pie-
 tas humi abdiderat, effosum, signa. & aquilas duas adhuc
 barbari possident: tertia signifer prius quam in manus
 hostium veniret, euulsit,mersamque intra baltei sui late-
 bras gerens, incruenta palude sic latuit. Hac clade factum,
 ut imperium quod in littore Oceani non steterat, in ripa
 Rheni fluminis staret. Haec ad septentrionem. Submeri-
 diano tumultuatum magis quam bellatum est. Musulanios
 atque Gerulos accolae Syrtium Cossio duce coepesuit, unde
 illi Gerulicico gnomen. Latius victoria patet. Marmaridas
 atque Garamantas Turmio subigendos dedit. Potuit &
 ille redire Marmaricus, sed modestior in aestimanda vi-
 ctoria fuit. Ad orientem plus ne goeij cum Armenijs. huc
 alterum Caesar ex nepotibus suis misit. Ambo fato breues,
 sed alter in glorius. Massiliae quippe Lucius morbo soluitur:
 in Lycia Caius ex vulnere, quum Armeniam ad Parthos
 se subtrahentem recepit. Armenios victo rege Tigra-
 ne in hoc unum, seruitutis genus Pompeius assuevera, ut
 rectorcs

rectores à nobis acciperet. Intermissum ergo ius, per huc
 recuperatum non incruento, nec inulto tamen certamine.
 Quippe Domnes, quem rex Artaxates praefecerat, simu-
 lata prodicione adortus virum intentum libello, quem de
 thesaurorum rationem continentem ipse porrexerat, stri-
 cto ferro cruentus ex vulnere in tempus: ceterum barba-
 rus undique infesto exercitu oppressus, gladio, & pyra-
 n quam se percussus immisit superstiti etiam Caesari sa-
 tisfecit. Sub occasu pacata fere erat omnis Hispania nisi
 quam Pyrenaei desinentis scopulis inherentem citerior al-
 luebat Oceanus. Hic duae validissimae gentes, Cantabri, &
 Asturcs, imunes imperij agitabant. Cantabrorum & prior
 & altior, & magis pertinax in rebellando animus fuit, qui
 non contenti libertatem suam defendere, proximis etiam im-
 peritare tentabant, Vacceosque & Curgonios, & Auri-
 gonas crebris incursionibus fatigabant. In hos igitur, quia
 vehementius agere nunciabantur, non mandata expeditio,
 sed sumpta est ipse venit: Sagesama castra posuit, inde par-
 tito exercitu totam indiem amplexus Cantabriam, effe-
 ram gentem ritu ferarum quasi indagine debellabat. Nec
 ab Oceano quies, quum infesta classe ipsa quoque terga ho-
 stium cederentur. Primum aduersus Cantabros sub mo-
 nibus Belgicae praeliatus est. Hinc fuga in eminentissimum
 Vinium montem, quae maria prius oceani quam arma Ro-
 mana ascensura esse crediderant. Tertio Arracillum op-
 pidum magna vi repugnat: captum tamen postremo fuit.
 Medulli montis obsidio, quem perpetua XV. millium
 fossa comprehensum cinxit undique: simul adeunte Ro-
 mano postquam extrema barbari vident, certatim igne,
 ferro inter epulas, venenoque; quod ibi vulgo ex arboribus a-
 xis exprimitur praecipere mortem, sequi pars maior à ca-
 ptiuitate

priuitate, quæ videbatur, vindicauere. Hæc per Antistium,
 Firmium, Agrippam legatos, hybernans in Tarraconis
 maritimis Cæsar accepit. Ipse præsens hos deduxit monti-
 bus, hos obsidibus adstrinxit, hos sub corona iure belli ven-
 didit. Digna res lauro, digna curru senatui visa: & Cæsar
 tantus erat, ut posset triumphos contemnere. Astures per
 idem tempus ingenti agmine à montibus suis descende-
 rant: nec temere subitus, ut barbaris impares: & positis
 castris apud Asturam flumen, trifariam diuiso agmine,
 tria simul Romanorum castra aggredi parant. Fuiſſet &
 anceps & cruentum, & utinam matua clade certamen,
 tunc tam fortibus etiam subito, tam cum cõsilio venientibus,
 nisi Trigeceini prodidissent: à quibus præmonitus Car-
 fenus cum exercitu adueniens oppressisset cõsilia. Sic tamẽ
 quoque non incruento certamine reliquias fusi exercitus
 validissimi ciuitas Lancia excepit: ubi loci adeo certatum
 est, ut in captam urbem fascès poscerentur: ægre dux im-
 petrauit veniam, ut victoriæ Romanæ stans potius esset,
 quam incensa monumentum. Hic finis Augusto bellico-
 rum certaminum fuit: idem rebellandi finis Hispaniæ.
 Certa mox fides, & æterna pax cum ipsorum ingenio in
 pacis partes promptiore, & cum consilio Cæsaris, qui fidu-
 ciam montium timens, in quos se recipiebant castra sua,
 sed quæ in plano erant, habitare & incolere iussit. in gen-
 tis esse cõsiliũ illud obseruari cœpit. Natura regionis circa
 se omnis aurifera, minijq; & chrysocolle, & aliorum co-
 lorum ferax. Igitur exerceri solum iussit. Sic Astures
 latentes in profundo opes suas atque diuitias dum alijs quæ-
 runt, nosse cœperunt. Omnibus ad occasum & meridiem
 pacatis gentibus, ad septentrionem quoque duntaxat in-
 tra Rhenum atque Danubium, item ad orientem intra

Taurum & Fuphratē, Nilum quoq; Reliqui quoque qui immunes imperijerant, sentiebant tamen magnitudinē, & victoriam gentium populi Romani reuerbantur. Nā & Scythæ misere legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes. Seres etiam, habitantesq; sub ipso sole indi, cum gemmis & margaritis, elephantes quoque inter munera trahentes, nihil magis quam longinquitatem viæ imputabāt: quadriennium impluerant, & tamen ipse hominum color ab alio venire sole fatebatur. Parthi quoq; quasi victoriæ pœniteret, rapta clade Craſſiana, vtro signa retulere. Sic vbiq; cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Aususque tandem C. Augustus septingentesimo ab vrbe condita anno Ianum geminū claudere, bis ante se clausum, sub Numa rege, & victa primū Carthagine. Hinc conuersus ad pacem, pronū in omnia mala, & in luxuriam, fluens seculū, grauib; seuerisq; legibus multis coercuit. Ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus, & pater patriæ dictus. Tractarū etiam in senatu, an quia cōdidisset imperiū, Romulus vocaretur: sed sanctius & reuerētius visū est nomē Augusti, vt scilicet iam tū dñ colit terras, ipso nomine & titulo cōsecraretur.

FINIS,











